DE PARTICULARUM
-NE, ANNE, NONNE
APUD PLAUTUM PROSODIA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

PAULUS SCHRADER

HALENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXXV.

Aulae Vimariensis officina typographica.

Particularum interrogatiuarum apud Plautum cum duo secerni possint genera, nominale et uerbale, de nominalium *quor, quando,* similium prosodia peculiari non opus est quaestione, ex uerbalibus autem solarum[1]) *-ne, anne, nonne* prosodia neglecta iacet ab hominibus doctis. Atque ipsa particula *-ne* quotiens emendationibus hominum doctorum remota sit e contextu, quotiens inuitis codicibus recepta, quis est qui nesciat? Neque adhuc satis constat, quae fuerit huius uoculae stirps et origo, atque multi negatiuam, nonnulli affirmatiuam uim inesse putant[2]). Quid quod ea quoque subnasci potest suspicio, particulam illam ortam esse e particulis compluribus olim diuersis? Sed quidquid de origine iudicandum est, cum ex ea quaestione nihil de prosodia statuenda disci possit, etymologicam quaestionis partem aliis relinquam. De prosodia autem et forma particulae *-ne* unus Carolus Dziatzko in adnotatione ad Phormionis Terentianae uersum 210 certas regulas constituere conatus est, nec tamen acu rem tetigit. Ac fortasse ne mihi quidem, ut hanc rem ad finem perducerem, contigisset, nisi Guilelmus Studemund praeceptor meus permisisset, ut, ubicumque ex re esse uideretur, inspicerem eas codicum Plautinorum lectiones, quas ipse enotauit. Neque acturus sum de sola *-ne* particula, sed etiam usus exemplo uocabuli *anne* me demonstraturum esse spero, quae fuerit in prisca latinitate prosodia particulae *nonne*, quam Andream Spengel secuti nonnulli homines docti

---

1) De *ecquis* conferas Ritschelii prol. ad. Trin. pag. CXXV et quae postea a Ritschelio, Ribbeckio, C. F. W. Muellero, aliis publici iuris facta sunt.

2) cf. Minton Warren „On the enclitic *ne* in early latin“, American Journal of Philology, uol. II (1881) p. 50 sqq.

tamquam furca ex Plauto expellere conati sunt (cf. Andreas Spengel „Die Partikel *nonne* im Altlateinischen“ in progr. gymn. Monac. 1866; Fridericus Ritschl ad Trin.[2] 789, Men. 284; C. F. W. Mueller „Nachtraege“ pag. 101 sqq.; Eduardus Becker in Studemundi Stud. I pag. 286; Georgius Goetz ad Curc. 552). Cum uero ante hos quattuor annos omnes excerpserim ex fabulis Plautinis uersus eos, in quibus *-ne* aut *anne* aut *nonne* legitur, uenia mihi est petenda, si unum alterumue locum praeterii, quamquam hoc raro accidisse spero.

Tota autem quaestio de particulae *-ne* prosodia cum mihi redire uideretur ad litterae *n* condicionem, quae quidem pendet ex syllabis praecedentibus, res ita erat instituenda, ut non secus atque initia eorum, quae post *-ne* sequuntur, uocabulorum ne eas quidem neglegerem syllabas, quibus *-ne* particula affigitur.

Caput I.

De particula *-NE.*

A. Praecedente syllaba aperta.

§ 1. Sequente consona: ubi particula *-ne* affigitur uocabulo, quod desinit: I. in syllabam apertam et longam, Plautus utitur forma *-n*, littera *e* non expressa sed omissa, cuius rei exempla haec sunt[1]):

a) syllaba aperta ictu rhythmico caret:

Amph. 373 *tun te aúdes* ‖ 565 *Tun mé uerbero* ‖ 748 et 752 *Aúdiuístin tú* ‖ Asin. 106 *Tun rédimes* ‖ 477 *tun líbero* ‖ 628 *Tun uérberés* ‖ 697 *Ten cónplectátur* ‖ Bacch. 31 *cupídon té* ‖ 151 *Magístron quémquam* ‖ 479 *Núllon pácto* ‖ 783 *Men crímінátust?* ‖ 822 *Tun térrae* ‖ Capt. 577 *tun mémoras* ‖ 628 *Fuístin líber?* ‖ 644 *Cér-*

---

[1]) Eos solos enumerabo uersus, in quibus particula *-ne* ipsis codicibus tradita est.

ton? § *quín* ‖ 883 *Cérton?* § *νὴ* ‖ Cas. IV 2, 11 *uéron?* § *sério* ‖ Curc. 181 *Vénerin péruigiláre* ‖ 423 *nóstin?* § *quídni* ‖ 584 *pérdidístin tu* ‖ Epid. 503 *Sed tú nouístin fídicinám* ‖ Men. 305 *Tun cýathissáre* (*Tune* B[1], *Tunc* CD) ‖ 515 *Tun mé(d)* ‖ 738 *Tun tíbi* ‖ 748 *Nouístin tu* ‖ Merc. 186 *Cérten uídit?* ‖ 305 *Tun cápite* ‖ 324 *cérten?* § *pérdis* ‖ 685 *uéron sério?* ‖ 1012 *Cérton scís* ‖ Mil. 368 *Tun mé* (*Tune* A[s])[1]) ‖ Most. 331 *tun me aís* ‖ 457 *Tetigístin?* § *tétigi* ‖ 552 *Dixí(s)tin*[2]) *quaéso* (*Dixit in* C, *Dixtin* BD; *Dixtin(e)* falso Ritschl) ‖ 605 *Datúrin faénus* ‖ Pers. 295 *Tun* (*Tun* A[s], *Tunc* BCD) *mé* ‖ 338 *Tuin uéntris* ‖ Poen. 1121 *Nouístin tu íllunc* ‖ Pseud. 253 *sin tuám quippiam* ‖ 352 *Iúrauístin té* (*Iurauistincte* C) ‖ 489 *díxin Cálliphó* ‖ 1089 *meminístin* (*túte*) *tíbi* ((*com*)*méministín*(*e*) *tíbi* falso Reiz) ‖ Stich. 204 *Vxórin sít* ‖ 224 *Ehem ádnuístin? némo* ‖ 327 *ean grátiá* ‖ 566 *Hábeon rém* ‖ Trin. 50 *ualuístin?* § *uáleo* (*ualuistine* A) ‖ 69 *Men?* § *númquis* (*Mene* A) ‖ 124 *Emístin de* ‖ 230 *Amórin me* (*Amórin(e) me* falso Hermann) ‖ 500 *hábeon páctam?* ‖ Truc. 302 *uéron?* § *sério* ‖ 609 *tun tántillí* (*tũ* BD, *tum* C) ‖ 720 *nóstin tu* ‖ 791 *áccepístin púerum.*

b) syllaba aperta ictum fert rhythmicum:

Amph. 361 *Tún domó* (*Tum* BDE) ‖ 758 *Tún me* ‖ *tún te* ‖ Asin. 424 *Iussín, sceléste* ‖ 425 *Iussín colúmnis* ‖ Aul. 325 *tún triúm* (*tun* ex *tum* B, *tum* D, *tu* J) ‖ 354 *Cererín, Strobíle* (*Cererin* BDJ, Festus p. 364 M, Macrobius Sat. III 11; *Cererine* Seru. ad Verg. Georg. I 344) ‖ Bacch. 283 *Adeón me* ‖ 629 *Crímininín fidém* ‖ 838 *Bellán uidétur* ‖ 856 *Dixín tibí* ‖ Capt. 571 *tún te* ‖ 703 *Votuín te* ‖ 845 *Tuán causa* ‖ 853 *meán me caúsa* ‖ 890 *bonán fidé* ‖ Cas.

---

[1]) A[s] significat codicem rescriptum Ambrosianum ex Studemundi testimonio.

[2]) Saepius in libris manu scriptis commutantur formae *dixti* et *dixisti*: cf. e. g. Merc. 754; Trin. 556, 567, 602, 655. Cf. etiam Donatus ad Terent. Andr. 459, Mueller „Nachtraege“ p. 102, Neue „Formenlehre“ II 537.

II 2, 4 *Iussín colúm* ‖ II 6, 29 *Mén te* ‖ II 6, 53 *Cónpressán palma* ‖ Cist. II 3, 53 *mén, muliér* ‖ Curc. 192 *tún meam* ‖ 709 *Prómistín, si* ‖ Epid. 17 *pérpetuén ualuísti* ‖ 98 *mén rogás?* (sic cum A Goetz, *men tu rogas* BEJ et Spengel „Reformvorschlaege“ pag. 64. 369)[1] ‖ 139 *Mén piáculárem* ‖ 554 *Méministín?* § *memini etc.* (sic enim in A[s] scriptum esse uidetur) ‖ Men. 283 *Dixín tibi* ‖ 630 *Tún negás?*[1]) ‖ 820 *Tún senéx* (*Tun* B[2], *Tunc* B[1], *tunc* CD) ‖ Merc. 143 *Sín salúti* ‖ 633 *mén rogás?* (*me non* B[1], *me n////* B post ras.)[1]) ‖ Mil. 66 § *quaén me ambae* (*quaen* A[s], *que* B[1]CD, *quae* B[2]) ‖ 494 *tún Sceledre* ‖ Most. 670 *bonán fidé?* ‖ 774 *eón? uoco* ‖ Pers. 64 *planén loquór* (*planen* B, *plane* CD) ‖ 227 *sín te* ‖ Poen. 399 *mén prohibére* ‖ Pseud. 47 *Pro lígneán salúte* (*lignean* A[s]B, *ligneã* C, *lignea* D) ‖ 1095 *Bonán fidé* ‖ Rud. 235 *tén, Palaestra, aúdio?* ‖ 709 *Tún, legírupió, te hic nóbis lúdos fácere póstulás?* (hanc huius septenarii formam Studemund nobiscum communicauit in scholis) ‖ 734 *Tún, trifúrcifér* ‖ 1063 *álienón priús* ‖ 1377 *tún meo* ‖ Stich. 326 *tún* (BCD, *tu* A[s]) *mi* ‖ 393 *Vídistín uirúm* ‖ 586 *Váluistín bene* ‖ Trin. 360 *quín comédit* (A, *quin⟨e⟩* falso Mueller in Philologo Gottingensi IX 742) ‖ 1179 *tún uidísti* ‖ Truc. 274 *Máncupión qui* (*Mancipion* A[s], *Mancupiũ* B, *Mancupium* CD).

Contra his paucis locis, qui, quales in codicibus leguntur, eis quae supra constituimus repugnant, medela aliqua adhibenda uidetur esse:

---

[1]) Et *men rogas?* et *me rogas?* leguntur in Plauti codicibus: *men rogas?* Epid. 98 cf. Terent. Heaut. 246. cf. *men interrogas?* Men. 786 ‖ *Me rogas?* Men. 640, *Rogas me?* Men. 713 ‖ Addito enuntiato interrogatiuo: *men rogas?* Merc. 633 ‖ *me rogas* Amph. 1025, Mil. 426, Most. 907. cf. *Me rogitas* Aul. 551, Amph. 1029. cf. *ex me quaeris* Amph. 816. Vide Brixii adn. ad Mil. 426.

Neque quicquam discriminis intercedit inter *tun negas?* et *tu negas?* Etenim *Tun negas?* legitur Men. 630; *Tu negas?* Men. 821. cf. Terent. Andr. 909. Addito accusatiuo cum infinitiuo: § *tún te abísse hodie hínc negás?* § Amph. 758; *Tu negas med esse?* § Amph. 434. His codicum testimoniis diffisus Brix (ad Men.[3] 630) omnibus locis *tu negas* scribendum esse putat, contra Fleckeisen etiam Amph. 434 *tu⟨n⟩ negas* legere mauult.

1. Cum Ritschelio Pers. 79 contra codicum fidem, qui *Opertene* tradiderunt, scribendum esse apparet: *Opértaen fúerint né quis óbreptáuerít.*

2. Mil. 497 Ritschl olim edidit: *Volo me éxpurgáre. § túne te éxpurgés mihí?* (*tune* BCD, *tun* A^s), ipse postea (opusc. II 431) in collocandis uocabulis codices secutus sed remoto pronomine *mihi* sic restituit: *Expúr(i)gáre uólo me. § tún te expúr(i)gés?*

3. Amph. 818, quod libri habent, quamquam sic metiri licet: *Túne mécum fúeris? quíd illac etc.*, tamen uix est credibile Plautum non praetulisse hanc uersus formam: *Tún mecúm fuerís? quid íllac ínpudénte audáciúst?* (*Tune* BD, *Tume* E, *Tu ne* ex *Tume* per ras. J).

4. Epid. 34 septenarius trochaicus redintegrari non potest nisi additis quibusdam aut mutatis; etenim quae tradita sunt in codicibus: *Serione dicis tu? § serio, inquam, hostes habent* (*dici*s *tu* J), Geppert et Goetz Grutero duce ita emendare conati sunt, ut scriberent: *Sérióne dícis (ís)tu(c)? § sério, ínquam, hostés habént.* Probabilius autem regulae ei, quam supra exposuimus, obsequi poterant emendando *Sérióne (istúc) dixísti? § sério, ínquam, hostés habént*; cf. Capt. 890 *Díc, bonán fidé tu mi ístaec uérba díxistí? § boná* et Amph. 747 *Égone istúc dixí? etc.* Ceterum cum ne id quidem constet, septenarium trochaicum constituendum esse, alias quoque uias emendandi patere consentaneum est.

5. Most. 738 Studemund (de canticis Plautinis pag. 20) secutus in uersibus discribendis codicem B exposuit uerba *Quaéne subdúcta erat túto in térra(m)* pro dimetro cretico coniuncto cum monometro trochaico esse interpretanda. Atque cum monometri trochaici non efficiant apud Plautum ullius uersus colon posterius, nisi praecedat colon, quod constet ex dimetro cretico[1]), *quaene* illud aut tribuendum est licentiae ei, qua Plautus usus est in canticis fingendis, aut abiecta illa quae in codice B est uersuum discriptione

---

[1]) Verbis *Quaen súbducta érat tuto ín terrá(m)?* quaternarium anapaesticum effici possis conicere.

(cf. Spengel „Reformvorschlaege" pag. 31) uersus 738—740 ita legendi sunt:

738 *Quó modo? § péssumo. § quaén subdúcta erát* (dimeter creticus cum penthemimere trochaico)

739 *Túto in terra(m)? § ei. § quid est? § mé miserum, óccidí. §* (dimeter creticus cum penthemimere trochaico)

740 *Quí? § quia uénit náuis, nóstrae náui quaé frangát ratém* (septenarius trochaicus).

6. Amph. 697 *Dum édormíscat únum sómnum. § quaénc uígilans sómniét? §* (*quęne* E, *quę ne* J, *quae ne* B, *quae nunc* D; *somniet* EJ, *somniat* BD) non est cur Plautus in septenarii trochaici pede quinto, quem saepissime impurum esse constat, neglexerit regulam, quam alibi diligenter secutus est, ita ut plenam formam *quaene* sequente consona sibi permitteret. Immo *quaé me uígilans sómniét?* emendandum mihi uidetur esse. Saepius *somniare* coniungitur cum casu accusatiuo: cf. *quid somnias* Most. 1013, Rud. 343; *quae somnias* Merc. 950; *quod somniaui* Curc. 246; *quos Summanos somnias* Curc. 546; Terent. Eun. 194 *Me somnies, me expectes, de me cogites.* Iam uero lectio *quae me* rhythmo et regulae supra constitutae et sententiarum conexui satisfacit. Etenim postquam Sosia seruus suasit domino, ut exspectaret, dum Alcumena uxor, quippe quae delirare aut in somnis uideretur esse, satis edormiuisset, respondet Amphitruo iratus: Frustra exspectabo, dum uxor mea edormiscat, nam non dormit, sed uigilans somniat, uigilans me uidit in somnio! Tum Alcumena: *Équidem ecástor uígilo et uígilans íd quod fáctumst fábulór: Nám dudum ánte lúcem et ístunc ét te uídi.*

7. Asin. 230 septenarii trochaici *Ánnum hunc né cum quíquam alió sit? § túne uígintí minás* numeros in pede quarto parum elegantes Fleckeisen emendare conatus est transponendo: *Ánnum hunc né sit cúm quiquam álio? § túne uígintí minás.* At usus Plautinus suadet, ut mutatis inter se uocabulis *annum* et *hunc* legamus uersum ita: *Húnc*

annúm ne cúm quiquam álio sít? § tun uigintí minás. Sane tribus exceptis locis in omnibus Plauti fabulis casus accusatiuus pronominis *hic, haec, hoc* praecedit uocabula ea, quae temporis spatium definiunt, *annus, mensis, dies, nox* [1]). Duo ex eis qui repugnant uersibus Asin. 235 *Dábo, ut(i) scíre póssis, pérpetuom ánnum hunc míhi uti séruiát* et Asin. 721 *Opto ánnum hunc pérpetuóm mihí huius óperas. § ímpetrásti* tolerandi sunt propter *perpetuom* adiectiuum appositum. Poen. 1188 *diem hunc* in cantici anapaestis ita traditum est in BCD atque in A[s] (Loewe enim de codicis A lectione confidentius quam uerius uidetur rettulisse), ut, cur Plautus *diem hunc* quam *hunc diem* scribere maluerit, non appareat. Quae cum ita sint, Asin. 230 uocabula *annum* et *hunc* inter se mutanda sunt, quamuis raro inueniantur in codicibus Plautinis post octauum saeculum exaratis falsae uocabulorum collocationes in uersuum initiis, quippe quae litteris initialibus coloratis insignita fuerint.

8. Capt. 121, ubi uulgo legitur: *Si nón est quód dem, méne uís dem ipse ín pedés?* [2]) (*mene uis* BEJ, *mene tu is* D teste Studemundo), nescio an corrigere liceat *Si nón est quód dem, mén uis dem ípsus ín pedés?*; de formis *ipsus* et *ipse* cf. Luchs in Studemundi stud. I 47 et O. Brugman ‚quemadmodum in iambico senario Romani ueteres uerborum accentus cum numeris consociarint' Bonnae 1874 pag. 25 sq.

9. Curc. 18 *Et héri cenáuistíne? § déridésne mé? §* quamquam *cenauistine* in *cenastin* e. g. ita mutari potest,

---

1) *Húnc annúm* Bacch. 1097, Pers. 172 || *hunc ánnum* Asin. 635, 754, Pseud. 190 || *hunc mensem* Pers. 627 || *hunc diem* Amph. 672, Asin. 647, Capt. 634, Epid. 157, 341, 496, 576, 606, Men. 112, 155, 305, 500, 596, 692, 749, Merc. 542, 585, Mil. 77, 565, Most. 436, Pers. 689, 768, Poen. 449, 503, Pseud. 128, 179, 547, 621, 899, 1268, Rud. 1416, Stich. 267, 421, 424, 435, 453, 478, 517, Trin. 961 || *hanc noctem* Asin. 194, Men. 188, Stich. 438, Truc. 688.

2) Illud nescio an dignum sit memoria, quod in tribus illis uersibus Amph. 697, Asin. 230, Capt. 121 *-ne* particulam excipit uocabulum a littera *u* incipiens: *quaene uigilans, tune uiginti, mene uis.*

ut scribatur: *Et héri cenástin?* § *(quaéso), déridésne mé?* § (cf. Neue II 527; Curc. 392 § *quaeso, deridesne me?* §), tamen cum uerbum cum interrogandi particula coniunctum consulto in fine totius enuntiati a poeta positum uideatur esse, licentia hoc loco ea fortasse constituenda est, ut particula *-ne* et positione et accentu logico aucta satis ualeat ad explendam in uersu moram (cf. Asin. 579, 444, Poen. 731, Capt. 282, Curc. 18).

10. At falsa Pii coniectura usi Ussing et Goetz Aul. 360 *Cenaéue caúsa aut tuaé mercédis grátiá* (*Caenae ue* B, *Caenę ue* D, *Cenę ue* J teste Luchsio) pro *Cenaeue* scripserunt *Cenaene,* quod sequente consona ferri nequit. Proposuerim aut *Cenáin* (de quo genetiuo cf. Buecheler de declinatione pag. 33, Lorenz ad Mil. 84, Brix ad Trin.[3] 359) aut *Cenaé tu.*

11. Praetermitto Men. 1079, Stich. 334, Truc. 587, ex quibus, quales in codicibus traditi sunt, de forma particulae *-n(e)* nihil certi constitui potest.

II. Venio nunc ad eos locos, ubi sequente consona particula *-ne* interrogatiua affigitur uocabulo, quod desinit in syllabam apertam et breuem.

1. Plerumque particula *-ne* plena atque integra scribitur:

a) syllaba aperta ictum rhythmicum non habet. Amph. 362 *Haécine túa* ‖ Asin. 226 *Haécine té* ‖ Bacch. 1090 *hócine me* ‖ Curc. 200 *Hócine fíeri*[1]) ‖ 589 *sícine mi* (*sicine mihi* B E J; *sicin mihi* uix recte Fleckeisen, cf. Truc. 537) ‖ 695 *Hócine pácto* (sic Goetz, *Hócin pácto* perperam Fleckeisen) ‖ Merc. 158 *Sícine mi* ‖ Mil. 309 *hócine sí* ‖ Poen. 1166 *haécine méae* ‖ Pseud. 83 *Istócine pácto* ‖ 320 *Sícine mi* ‖ 847 *Istácine caúsa* ‖ Rud. 110 *Istícine uós* ‖ Trin. 1079 *Hícine nos* ‖ Truc. 359 *hícine cénas*

---

[1]) Pro *Hocine fieri,* quod omnes praebent codices, Goetz Luchsio (Hermae VIII p. 116) adstipulatus perperam edidit *Potine fieri,* nam *potine* sequente consona omnino non inuenitur, cf. infra p. 29 sqq. Immo consentio cum Langeno „Beitraege" pag. 231, qui *Hocine fieri* in contextu seruauit: cf. Truc. 537 *hócine mi ób labóres tántos tántillúm darí!* Curc. 695 *Hócine pácto (me) índemnátum átque intéstatum ábripí!*

hódie (A, *hicine hodie cenas* B C D et Schoell) ‖ 537 *hócine mi* (*hocine mihi* B C D; *hocin mihi* Spengel et *hocin mi* Schoell uix recte, cf. Curc. 589) ‖ 606 *Istúcine míhi* ‖ Vidul. II 3 *Hīcine nós* ‖ Merc. 373 *Úsquene uáluistí?* § (*Usque* B). —

Amph. 575 § *Égone?* § *tu ístic* (*Ergo. ne* E, *Ego me* J) ‖ Capt. 857 § *Égone?* § *tú ne*[1]) § ‖ Cas. II 3, 49 § *Égone?* § *tú* (*Egon* B E J) ‖ Epid. 575 § *égone?* § *tú ne* § ‖ Men. 651 § *égone* § *tú* §[2]) ‖ 937 § *égone?* § *tu ístic* ‖ Mil. 439 § *Égone?* § *tú* (*ne*) § ‖ Most. 634 § *égone?* § *tu ípsus* ‖ 955 § *Égone?* § *tú, tu* § (cf. Men. 653; nescio cur Fleckeisen, Philol. II p. 92, et Ritschl *tu ne* maluerint) ‖ Pseud. 723 § *Égone?* § *tu ístic ípsus*[3]) ‖ Trin. 634 § *Égone?* § *tú ne* § ‖ Aul. 824 § *Égone te émittám manú* ‖ Cas. I 29 § *égone quíd faciám tibí?* ‖ Mil. 565 *égone sí* (*ego nunc si* Brix) ‖ Most. 923 § *Égone té ioculó modo aúsim dícto aut fácto fállere?* § ‖ Rud. 1272 § *égone? cénsεó* § ‖ Stich. 635 *Égone? tú ne*[4]) ‖ Truc. 586 § *égone? tú boná fidé* (*egori* B C D) ‖ Stich. 635 *mihine? tibi ne* ‖ Curc. 725 § *Ítane uéro?* § ‖ Men. 948 § *ítane cénses?* § (*itane* B²,

---

[1]) Licet M. Warren (American Journal of Philology uol. II nr. 5) recte exposuerit etiam encliticam *-ne* particulam interdum affirmatiuam fuisse, tamen uehementer dubito, num recte scribatur Capt. 857, Epid. 575, (Mil. 439), Trin. 634, Stich. 635 *tune* pro *tu ne*. Etenim ex iis, quae supra exposuimus, efficitur non formam *tune* sed *tun* exspectari; qua in re quam parui momenti sit id, quod post *-ne* alter excipit orationem, facile intellegitur ex *Certon?* § Capt. 641, 883; *Veron?* § Cas. IV 2, 11, Truc. 302; *Nostin?* § Curc. 423; *Certen?* § Merc. 324; *Tetigistin?* § Most. 457; *Men?* § Trin. 69. Quod autem nonnunquam et apud Plautum et apud Terentium interroganti: *Egone?* respondetur: *tu ergo*, hac re nihil demonstratur nisi hoc, illud *ne* in *tu ne* sensum habere affirmatiuum; encliticum esse negem.

[2]) De Men. 651 et 937 uide infra pag. 14.

[3]) Teste Studemundo codex A uersum praebet talem: § *Égone?* § *tu ístic ípsus ínquam, sí quidem hóc uiuét* (uel *uiuít*) *capút*, quae uerba in contextum sunt recipienda; cf. Amph. 575 *égone?* § *tu ístic* et Men. 651 *Quís is Menaéchmust?* § *tu ístic ínquam.* — Scripserat Ritschl: § *Égone?* § *tú ne* § *ego?* § *ípsus*, e. q. s.

[4]) Mirum est, quod Goetz in Epidici editione anno 1878 scripsit Epid. 575 *tune*, idem in Stichi editione anno 1883 Stich. 635 *tu ne* et *tibi ne* maluit.

itana B¹CD¹, *itan* D³) ‖ Merc. 567 § *ítanc uéro, uéruex?* ‖ 918 *Ítanc? cómmodum* ‖ Pers. 291 § *ítanc? spécta* ‖ Poen. 557 § *Ítane témptas* ‖ Rud. 971 § *Ítanc uéro?* § ‖ Pers. 851 § *Quíane té uoco* ‖ Addo Mil. 628 *támine tíbi diu* (*tamine* CD, *tam me* B; cf. quae Ribbeck ad hunc uersum adnotauit)[1]).

b) syllaba aperta ictu rhythmico feritur: Aul. 335 *Hucíne detrústi* (*detrusisti* BDJ) ‖ Merc. 753 *Haccíne tuást* (*Haccin* ita, ut proximae litterae legi nequeant, A^s: *Hęcin* C, *Hec in* B, *Hecin* D¹, *Hecine* D²) ‖ Most. 10 *Hocíne uolébas* ‖ 25 *Haccíne mandáuit* ‖ 26 *Hocíne modo* ‖ 27 *Hocíne boni* ‖ Rud. 884 *Sicíne me spérnis* ‖ Trin. 186 *Hascíne proptér res* (sic Hermann et Ritschl: *Hasce mihi propter res* A, *Hascine me propter res* BCD) ‖ Most. 508 *Hĭcíne percússit,* ubi tamen tribrachyn in syllaba altera ictu percussum Plautum ita euitasse conicio, ut *Hĭcín percússit* scriberet.

Cist. IV 2, 80 *hĭciné* ante septenarii iambici diaeresin positum est: *Quae haec géstitáuit.* § *híciné tu ergo hábitas? hárioláre* (*hicine tu* B litteris *ine* a B² in rasura scriptis, *hic intu* J, *hic in tu* E¹, *hic in tus* E³); item *síciné* in senarii iambici clausula Cist. II 3, 38 (*Scine* B¹E¹, *Sicine* B², *Siccine* E³, *Sic ne* J).

2. Ubi metro numerisque magis conuenit, forma *-n* usurpatur:

a) syllaba aperta ictu rhythmico caret: ubi collaqueationis artificio usus est Plautus: Bacch. 1191 *Égon͡ quom haéc* ‖ Merc. 317 *Égon͡ té* ‖ Men. 653 *Égon dedí*[2]) ‖ Most.

[1]) Mil. 627 pro *ítane* (sic BCD) *tibi ego uídeor óppido Ácheruńticús?* recte scripsit Lorenz *tam tibi* e. q. s.; cf. Nonius p. 4.

[2]) Restituenda est collaqueatio propter numeros Men. 389 *Égon te iússi cóquere?* § *cérto tibi(que) et párasitó tuó* § (*Egone* codd.; *tibi(que)* Fleckeisen, Mahler de pronominum pers. apud Plautum collocatione, Cassalini 1876, p. 20. cf. Stich. 661 *mihique et tibi*) et ut metro satisfiat Trin. 642 *Ítan tandem hánc maióres fámam trádidérunt tibi tuí* (*Itane tandem hanc* A, *Itane tandem* [sine *hanc*] BCD; cf. Ritschl Parerg. 523, Proleg. Trin. CXXXVIII).

633 *égon dicám* ‖ Pers. 188 *Égon dem* (*Egondem* A^s, *Eoondem* B, *Eodem* CD) ‖ Pseud. 290 *Égon patrí* ‖ Truc. 775 *Égon tibí* ‖ Pseud. 472 *Mihin dómino* ‖ Curc. 571 *Míhin malum* ‖ Most. 1132 *quían me.* Ut proceleusmaticus ◡́◡◡◡ euitetur, Men. 928 *Pérdormíscin tu úsque ad lúcem: fácilin tu (ób)dormís cubáns?* (*facilen* B², *facilin* B¹CD et Ritschl op. II 560).

b) syllaba aperta ictu rhythmico aucta est: Proceleusmatici species uariae euitantur Rud. 1216 *Ómnián licét?* (*Omnia inlicet* BCD) et Most. 449 *Usquén ualuísti?* (*Usque inualuisti* BCD)¹) ‖ Vitantur a Plauto praeter initium uersuum iambicorum et metra anapaestica numeri tales, ut uocabulorum dactylicorum uel dactylice desinentium syllaba paenultima ictu feriatur (- ◡́◡): recte igitur legitur in libris manu scriptis Aul. 746 *Cum ístacín te orátione* (*istac inte* BDE, *istac te* J) ‖ Breuis igitur in *-n* exiens forma restituenda uidetur esse Asin. 932 *Ístoscín patrem aéquomst* (*Istoscine* BDEJ) ‖ in pede septimo septenarii trochaici Amph. 514 *hocin placet?* (*hocine* BDEJ) ‖ Men. 795 *séruirĭn tibí* (*seruirin* BCD, cf. quae Brix ad hunc locum adnotauit) ‖ Truc. 719 *hīcín tu erás* (*hicin & uere* B, *hicinet Vere* CD) ‖ in tetrametro cretico Asin. 128 *Prómerenti óptume hocín preti rédditur?* (*hocine* BDEJ: cf. Studemund de canticis Plautinis p. 11; Spengel Reformv. p. 127) ‖ Semel legitur forma *egón* in creticis cantici Curc. 119 § *Sálue* § *egòn sálua sìm, quaé sitì sícca sùm?* § (*egon* BE, *ego* J).

Itaque ut comprehendam, quae singillatim exposui de forma particulae *-ne* sequente consona, ubi praecedit syllaba aperta:

a) Utrum *-ne* an *-n* dictum sit, pendet ex quantitate praecedentis syllabae apertae.

¹) Quod in codicibus legitur *usque inualuisti*, illa *i* littera scribae errori uidetur tribuenda esse, praesertim cum similem uideamus lapsum Rud. 1216 *omnia inlicet* pro *omnian licet.* Ac ne Merc. 373 quidem formam *usquin* uel *usquine* exhibent codices, sed *usquene* exstat in CD, *usque* in B (cf. etiam Trin. 905 *Nouisti in* B pro *Nouistin*, Mil. 533 *Vidisti in istam* C pro *Vidistin istam*).

b) Quae syllaba quotiens erat producta, uocalis illa *-e* particulae tam tenuiter sonuisse uidetur, ut per se ipsa in uersu moram explere non posset.[1])

c) Correpta autem syllaba 1) plerumque tota *-ne* particula audiebatur, 2) rarius, ubi metro numerisque magis conueniebat, *-e* littera abiciebatur.

d) Si inter se comparantur formae tales, quales sunt *cérton* et *hī́cine*, uel *certón* et *hicíne*, cum sola *-n* littera utrisque sit communis, efficitur *-n-* litteram praecedente uocali longa tam grauiter et duratiue sonuisse, ut *-e* uocalis tolleretur; sin autem praecedebat uocalis breuis, *-n* littera acutius sonabat.

e) Ubi *-ne* affigitur syllabae *-ce* pronominis demonstratiui, uelut in *hicine,* nunquam Plautus usus est collaqueationis artificio, nunquam legitur e. g. *hī́cin tú.*

f) Quoniam exceptis, ut par est, locis eis, ubi collaqueatio adhibetur, sequente consona semper usurpatur forma *égone* non *égon*, consentaneum est *ego* uocabulo, ubi ictus aberat a syllaba posteriore, pyrrhichium effici in prisca latinitate.

Quae cum ita sint, non consentio cum C. F. W. Muellero, qui Men. 651 *Quís is Menaéchmust? § tu ístic, ínquam. § égone? § tú. § quis árguít* et Men. 937 *Quíd ego dixi? § insánisti inquam. § égone? § tu ístic quí mihí* remoto hiatu legere maluit *ínquam § egṓne § tú* e. q. s. (prosod. Plaut. p. 30). Etenim si uir ille doctus utitur uocabulo *egó* pro iambo, nullo modo forma *egṓne* exspectatur, sed *egṓn*, quae neque propter codicum memoriam neque propter metrum ueri est similis; quam ob rem a Ritschelio (Proleg. p. CLXX) hiatum suo iure statutum esse censeo.

[1]) Itaque uereor ne O. Kienitz in progr. Carolsruh. 1878 p. 2 nimis confisus lapsu, ut uidetur, scribae (Com. fragm. [com. inc. p. 119 Ribb.] 47) introduxerit in linguam latinam formam *qui ne* pro *quin*; nam certo in prisca latinitate, si talis quondam fuit forma, *-ne* illud breuem habuit uocalem, ita ut ne hic quidem *qui ne* sed *quin* legendum uideatur esse; adde quod ceteris locis omnibus *quin* inuenitur, siue interrogatiua est particula siue coniunctio.

g) Nusquam legitur *itáne* nisi Mil. 1120 *Itáne tu cénses? § quíd ego ní ita censeam? §*, de qua forma dubitari potest. Etenim si iure contendit C. F. W. Mueller l. l. p. 13 *itá* a Plauto etiam pro iambo usurpari (cf. Corssen, Aussprache etc. I p. 331 et Brixii adnotat. ad Capt. 499), nescio an Brixii coniectura probari possit, qui *itán* in contextum recepit; quamquam idem Brix exposuit *ita* non adhiberi pro iambo a Plauto nisi in uersibus creticis aut bacchiacis. Sed etiamsi alteram formae *itane* syllabam correptam esse statuimus, displicet *ĭtáně tu cénses* propter tribrachyn in syllaba altera ictu percussum: conf. quae supra pag. 12 ad Most. 508 adnotaui. Ceterum conferas etiam quae Langen (Philol. XXXI p. 109) de ratione exposuit, quae intercedit inter syllabas correptas ictu rhythmico praeditas et carentes; qui quod in illius modi syllabarum enarratione prorsus neglexit formas *hicine sicine* similes, dolendum est.

h) Forma *egón*, quam supra semel laudauimus in cantico Curc. 119, etiam Trin. 515 legitur in codice Ambrosiano *Tibin egon rationem reddam? § plane periimus* (*Tibi ego* B C D; *Tibi egón* Ritschl Parerg. p. 523, Proleg. p. CCXCIII). Atque *Tibin egon* ferri nequit. *Tibi egón* aeque reiciendum est; etenim, ut exposuit C. Mahler de pronominum pers. apud Plautum collocatione p. 56. 57, in interrogationibus, quae admirationem quandam loquentis exprimunt, illud pronomen priorem locum obtinet, cui in pronuntiando maior uocis uis impertitur. In hoc autem uersu cum praecedat datiuus, *tibi* praecipuum accentum logicum uidetur habere. Iam uero particula *-ne* illi a Plauto affigitur pronomini, quod accentu logico insigne est, ita ut *Tibin(e) égo* (cf. Pers. 721 *Tíbine ego*) exspectetur. Sed ne hoc quidem probem, quia propter proceleusmaticum sequente anapaesto rhythmus maxime insuauis efficitur. Restat *Tibi egó*, quod praebent B C D; idem comprobatur codicibus B E J Aul. 45 *Tibi egó ratiónem réddam, stímulorúm segés?*, ubi D *Tibi enim* exhibet, in palimpsesto hunc uersum conseruatum non esse uehementer dolemus. Apud Nonium quoque (p. 381, 10; 395, 20) *Tibi ego* legitur. Cf. Pseud. 318 *Tíbi ego crédam?* Pseud.

626 *Tíbi ego dém.* Quamquam ne sic quidem rhythmus insuauis euitatur, cum uix inuenias apud Plautum duos anapaestos continentes ita, ut uterque exeat in eandem uocalem longam. — Curc. 140 in anapaestis *ne* illud affirmatiuum *Tibi ne ego* — an potius delendum sit nescio.

§ 2. Sequente uocali aut *h* littera [1]).

Ex re metrica apparet *-ne* particulam sequente uocali nunquam excepto hiatu ita in uersibus pronuntiatam esse, ut ipsa *e* uocalis audiretur, quam ob rem tota huius paragraphi quaestio non pertinet nisi ad orthographiam. Atque cum I. praecedente syllaba longa plena *-ne* forma nunquam fere scripta legatur in codicibus sequente consona, sed *-n* tantum audiatur et scribatur, ne uocali quidem sequente plena *-ne* forma scribenda uidetur esse, sed *-n* praeferenda, uelut *tun id.*

1. *-n* legitur in codicibus: a) Amph. 433 *uíncon* ‖ 823 *cenáuin* ‖ Asin. 504 *Néquecon* ‖ 669 *Ten* ‖ 700 *Ten* ‖ *tun* ‖ Aul. 171 *Nóstin* (*Nouistin* BDEJ) ‖ 183 *récten* ‖ 756 *tun* ‖ Bacch. 75 *íocon* ‖ 253 *Tun* (*Tum* D) ‖ 1163 *Tun* ‖ Capt. 1013 *addúxtin* ‖ Cas. I 23 *Tun* (A, *Tu* BEJ inuito metro) ‖ Curc. 16 *ualuístin* ‖ Epid. 224 (BE) *Útin* (*Ut* AJ) ‖ 550 *Nóuin* ‖ 635 *Vídeon* ‖ 688 *tuon* ‖ Men. 375 *Díxin* ‖ 507 *súrrupuístin* ‖ Merc. 127 *Domin* ‖ Mil. 533 *Vidístin* ‖ 546 *Vidístin* (A, *Vidisti* BCD) ‖ 1020 *Breuin* ‖ Most. 450 *insánin* ‖ 604 *Datúrin* ‖ Pers. 135 *Tun* ‖ Poen. 271 *tun* ‖ Pseud. 625 *tun* ‖ 939 *Tun* ‖ 1079 *cónuenístin* ‖ 1227 *díxin* ‖ Rud. 861 *Quin* ‖ 1063 *Útin* (BD, *Utm* C) ‖ Stich. 326 *tun* (ACD, *tunc* B) ‖ 467 *Valuístin* ‖ 501 *Quaen* (QUAENEATEST A[s] ut uidetur, *Quaenet ipsa* fere BC, *quae nec ipsa* D; *quaen eápse* Ritschl) ‖ Trin. 136 *Incónciliástin* ‖ 332 *Mércatúran* (A, *Mercaturamne* BCD) ‖ 609 *tánton* ‖ 902 *ípson* ‖ Truc. 4 *datúrin* ‖ 935 *Dédin* (*Dedi u* B, *Dedi* CD).

---

[1]) Ubicunque infra agetur de uocabulis, quae incipiunt a uocali, ea una conputes uocabula, quae *h-* litteram primo loco habent.

b) Amph. 679 *Váluistín* ‖ 717 *Tún* ‖ Asin. 333 *Méministín* ‖ 426 *Iussín* ‖ Cas. prol. 69 *Seruín* ‖ Curc. 191 *Tún* ‖ 606 *gemmán* (EJ, *gemmane* B) ‖ Epid. 556 *tún* ‖ Men. 776 *saluáen* ‖ 786 *mén* (*me* D) ‖ 1050 *Mén* ‖ 1119 *tún* ‖ Merc. 158 *tún* (*tum* B) ‖ Pers. 747 *tuán* ‖ Pseud. 977 *sciuín* ‖ 1143 *Tún* ‖ Rud. 767 *quín* (cf. O. Kienitz l. l. p. 2) ‖ Stich. 311 *Somnón* (B, *Sum non* CD, *Somnone* A) ‖ 373 *tún* ‖ 582 *uideón* ‖ Trin. 127 *Dedistín* ‖ 210 *Falsón* ‖ 905 *Nóuistín* (*Nouisti in* B) ‖ Addo ex Vid. frag. I 10 formam *locástin* ante lacunam.

2. *-ne* tradita est: a) Amph. 566 *Tune* ‖ Asin. 94 *Tene* (*Ten* Nonius) ‖ 687 *Amándone* ‖ 755 *Addóne* ‖ Bacch. 837 *Nouístine* ‖ Cist. IV 1, 2 *quaene* (*quae ne* BJ, *que ne* E) ‖ Curc. 82 *Eine* ‖ Merc. 888 *tune* ‖ Poen. 1310 *Tune* (*Tunc* C) ‖ 1416 *búccaene* ‖ Pseud. 1179 *sánine* ‖ Rud. 746 *nátaene* ‖ Stich. 531 *Hódiene* (*Hodie* A^s inuito metro) ‖ Trin. 961 *eine aúrum* (*eine mirum* BCD).

b) Aul. 137 *túne* ‖ Bacch. 561 *misíne* ‖ Capt. 572 *túne* ‖ Curc. 419 *túne* ‖ Epid. 641 *Túne* ‖ Men. 574 *Boníne* ‖ Merc. 504 *téne* ‖ 576 *Utíne* ‖ 720 *uídistíne* ‖ Mil. 1424 *Vérberóne* ‖ Poen. 368 *Méne* ‖ Pseud. 1177 *túne* ‖ Rud. 272 *Quaéne* ‖ 748 *Túne* ‖ Stich. 8 *Saluaéne* (*saluene* A^{s}BCD) ‖ 254 *méne* ‖ 703 *Fontíne* (A, *Fontale* BCD) ‖ Trin. 70 *téne* ‖ 129 *Dedistíne* ‖ 1095 *Qualíne* ‖ Truc. 612 *Meóne*.

II. Praecedente syllaba correpta, quoniam Plautus uel potius ii, qui Plauti fabulas aetate imperatorum Romanorum recensuerunt, semper scriptum esse uoluerunt etiam e. g. *háscine* $\acute{-}\smile\smile$ sequente consona, certo uocali quoque sequente iidem *hascine* scribere debebant, non abiecta *-e* littera. Quare cum metro nusquam breuis in *-n* forma flagitetur, etiam sequente uocali scribendam esse censeo *-ne* plenam. Quae quidem ratio permultis exemplis Plautinis comprobatur:

a) Asin. 127 *Sícine hoc* (B, *icine* c. spat. init. DE, *Hiccine* J; cf. Pseud. 1246) ‖ Bacch. 447 *hócine hic* ‖ Cist.

I 1, 21 *hīcine ístud* (*hiccine* BE²J) ‖ I 1, 115 *sícine ínmunda* (*siccine* EJ) ‖ Epid. 73 *Haécine ubí* ‖ 574 *Haécine?* § *haéc* ‖ Merc. 602 *hī́cine án* (*hinc iam* B¹, *hi . c . an.* B²) ‖ Mil. 61 *hī́cine Achílles* (*hicine* A^s^BD; Seruius in Verg. Buc. V 58 et Philarg. in Georg. II 393; *hicin* C) ‖ 181 *hī́cine étiam* ‖ 626 *Háncine aétatem* ‖ Pers. 545 *Haécine illást* ‖ Poen. 386 *Sícine égo* ‖ 512 *Sícine opórtet* ‖ Pseud. 202 *Húncine híc* ‖ 1246 *sicine hóc* ‖ Rud. 251 *Sícine hic* ‖ Stich. 621 *húcine?* § *ímmo* ‖ Truc. 933 *Húncine hóminem.*

Amph. 743 *égone abs te* ‖ 747 *Égone istúc* ‖ Asin. 899 *egone íllam?* ‖ Aul. 690 *Egone út* (*Egon* Nonius) ‖ Bacch. 375 *Égone ut* ‖ 489 *égone* ⟨*ut*⟩ *íllam* ‖ 806 *égone istúc dixí*[1]) ‖ Capt. 135 *Egone íllum* ‖ Cas. II 3, 27 *égone in* ‖ V 4, 13 *égone?* § *haut méntire* ‖ Curc. 664 *égone? ut sémper* ‖ Epid. 574 *egone ósculum* ‖ Men. 162 *egone? íd* ‖ 198 *égone an* ‖ 559 *Egone híc* ‖ Merc. 761 *égone istúc* ‖ Mil. 685 *egone eám* ‖ 936 *egone hóc* (*ego ne* B, *ego nec* CD; cf. M. Warren l. l. p. 50) ‖ 962 *Égone ut* ‖ 1139 *egone árchitéctus* ‖ Most. 301 *Égone id* ‖ 1014 *Egone? át quidém* ‖ Poen. 149 *Egone ístuc* ‖ 333 *égone? in aédem* ‖ 428 *Egone, égone si ístuc*[2]) ‖ Pseud. 1327 *egone eám* ‖ Rud. 1244 *Egone út* ‖ Trin. 378 *Égone indótatám* (A, *Ego* BCD) ‖ Truc. 312 *égone haec* (sic AB, *egone hic* CD) ‖ 441 *Egone íllam* ‖ 441 *égone illí* ‖ Pers. 721 *Tíbine ego* ‖ Bacch. 477 *Ítane opórtet* ‖ Mil. 66 *Itane aíbant* (*Itane aiebant* A^s^, *Itane aleuat* D, *Itanea leuat* BC) ‖ 1278 *itane?* § *íta pol* ‖ Poen. 660 *Itane ílle* ‖ Rud. 747 *itane ínpudéns* ‖ Trin. 306 *itane ésse* ‖ Truc. 292 *Ítane erúbuistí.*

Bacch. 248 *Benene úsque*[3]) ‖ 681 *ómnene?* § *óppidó* ‖

---

[1]) Hermann hunc uersum propter hiatum ita correxit: *Per súcophántiam?* § *égone díxi istúc?* § *itá*; sed cf. Amph. 747 *Égone istúc dixí?* ‖ Merc. 761 *égone istúc dixí tibí?* ‖ Poen. 149 *Egone ístuc aúsim fácere praésertím tibí?*

[2]) Sic codices secuti M. Warren l. l. p. 3 sq. et Goetz; nescio an tales uersus magis placeant: *Egone út non, si ístuc lépide ecféxis,* § *í modó.* § *Ut nón ego te hódie* § *abí modo.* § *émittám manú?* §

[3]) Dubito num Ritschl opusc. II 560 recte constituerit formas *benine, omnine, maline, uaenirine, iurine.* Nam alia ratio in *haece-ne*, alia e. g. in

Capt. 709 *málene id* ‖ Epid. 129 *Bénene usqué* ‖ Merc. 452 *uaeniréne cúm* ‖ Rud. 1069 *iúrene ánne* (*iure ne* B, *iure* CD) ‖ Truc. 369 *Benene ámbulátumst* (A, *Benen* BCD) ‖ Epid. 30 *ármane?* § *átque* ‖ Poen. 109 *cáptane án.*

b) In solis anapaestis *hancíne* bis dimensus est Plautus ita, ut sequente uocali ante *-ne* particulam praecederet uocalis correpta, quae ictu rhythmico aucta est, Rud. 187 et 188, quos uersus Guilelmus Studemund sic constituit in scholis: 186ᵇ + 187ᵃ: *Me hoc órnatu órnatam ín incertás regiónes tímidam ciéctam?* 187ᵇ + 188ᵃ: *Hancíne ego ad rém natám miserám memorábo? hancíne ego pártem* 188ᵇ: *Capio ób pietátem praécipuám?* Spengel „Reformvorschlaege" p. 328, quanquam alios constituit uersus, eundem ictum *hancíne* seruauit.

Plena igitur *-ne* restituenda est paucis locis: Asin. 884 *égon⟨e⟩ ut* ‖ Bacch. 196 *Egon⟨e⟩ út* ‖ 1190 *Egon⟨e⟩ úbi* ‖ Curc. 10 *Egon⟨e⟩ ápiculárum* ‖ 494 *egon⟨e⟩ áb* ‖ Merc. 154 *Égon⟨e⟩ ausím* ‖ Mil. 345 *egon⟨e⟩ íd* (*egon* A, *ego* BCD) ‖ 1276 *Egon⟨e⟩ ád* ‖ Most. 924 *Égon⟨e⟩ abs* ‖ Pseud. 516 *Egon⟨e⟩ út* ‖ Truc. 898 *égon⟨e⟩ atque* ‖ Curc. 422 *míhin⟨e⟩?* § *itá* ‖ Men. 868 *Míhin⟨e⟩ equís.*

Mil. 290 *tútin⟨e⟩?* § *égomet.*

Curc. 616 *Méan⟨e⟩ ancílla* ‖ Epid. 649 *sánan⟨e⟩ haéc* (*sanan* [*n* alt. ex *m* ras.] E) ‖ Men. 776 *sáluan⟨e⟩ árcessí* (*saluen* BCD) ‖ Truc. 285 *Núllan⟨e⟩ ístic múlier* (*Nullan mulier istic* A, *Nullã istinc mulier* B, *nulla istinc Mulier* CD).

Most. 925 *Quíd? tibi únquam quícquam, póstquam túus sum, uérborúm dedi?* (*tibi numquam* B², *tibi umquam* B¹ CD), cum ex addito *quid?* interrogationis genus satis appareat, particula *-ne* omnino non desideratur. Merc. 323, quem uersum Ritschl ita restituit: *Hoc fácto dúcas?* § *égon te? ah, né di*

---

bene-ne est; *haece* sequente consona non inuenitur sed *haec*; *bene* et uocali sequente et consona dicitur, nusquam *ben* forma exstat; *haece* et *ne* artissime in unum uocabulum coniuncta sunt ita ut fiat *haecine*; in *benene* particula *-ne* affigitur uocabulo ei, quod accentum habet logicum ut sescenties. De *usquene* uide supra p. 12 sq., de *facilin* et *seruirin* cf. Corssen „Aussprache" I 323.

siuerint (*egone athene desiuerint* BD et nisi quod *dessiuerint* C), de uocabulo, quod post *egone* sequebatur, nihil certi statui potest.

Ex iis, quae supra de *egōn* dicta sunt, apparet probabilius esse Asin. 810 *Sequere hác: egone haéc* ⟨*ut*⟩ *pátiar aút taceam? émorí* cum Fleckeiseno *ut* inserere post *haec* quam Ussingium sequi, qui in adnotatione *egóne* ⟨*ut*⟩ *haec* proposuit.

B. Praecedente syllaba conclusa.

§ 1.

Ex permultis illis syllabis conclusis, quibus *-ne* particula affigitur, eae separatim tractandae sunt, quae desinunt in *-s* litteram. Nam cum satis constet *-s* litteram in fine uocabulorum post breuem uocalem positam, ubi syllaba ultima ictu rhythmico careret, tam debilem fuisse, ut saepe ne 'positionem' quidem efficeret, illud facile apparebit, multum interesse discriminis inter has syllabas, quae in *-s* desinebant, et eas, quarum finis quauis alia consona praeditus erat, quae euanescere non posset. Atque ut incipiamus ab iis uocabulis, in quibus *-s* littera sequitur

I.

uocalem natura longam,

ubi *-ne* affixa est, ex tali compositione prodiit:

1. forma simpliciter in *-n* desinens remotis *-s-* et *-e* litteris in uersibus his:

a) Formae uerbales (2. pers. singularis praesentis indicatiui) ictu in syllaba ultima destitutae sequente consona:

Cénsen Asin. 887 (*Cénsē* E, *Censen* J) || *háben* Trin. 964 || *iúben* Mil. 315 || *iuben* Amph. 929 || *spónden* Capt. 898, Trin. 1162 || *uíden* Capt. 557, 593, Epid. 221, Men. 828, Mil. 990, Most. 817, 829, 832 (cf. Studemundi Stud. I 275 sq.), Poen. 314, Rud. 1093 (cf. Studemund l. l.), Stich. 636 (*V(ide)n* A^s, *Vides* BCD), 637 (*Viden* A^s, *Vides* BCD) || *uiden* Mil. 1045 || *aúdin* Asin. 884, Capt. 592, 602, Epid. 400, Men. 909, 920, Merc. 953, Most. 821, Pers.

655, Poen. 408, 999, Pseud. 193, 330 || *scin* Amph. 356, 671, 1082, Aul. 47, Cas. II 8, 54, Men. 530, Mil. 398, 1162[1]), Most. 642 (*sint* B¹, *scin* B², *in* CD), Pers. 139, 154, Poen. 376, 438, 441, 1318, Pseud. 276, 1178, Rud. 382, 797 || *uin*[2]) Asin. 647, Cas. II 3, 54, II 8, 61, Merc. 722, 769 (*Vein* A, *Vin* BCD), Mil. 535, Pers. 666, Poen. 159, 161, Rud. 1328, Trin. 59.

Sequente uocali: *cénsen* Rud. 1269 || *iúben* Asin. 939, Capt. 846, Vid. fr. XX || *spónden* Aul. 256 || *tácen* Pers. 533, Rud. 1399 || *uíden* Asin. 148, Bacch. 492, Curc. 188, 311 (*uiden ut* in *uide ut* correxit Pylades), Men. 646 (*uident* B¹CD), Mil. 219 (*uident* B¹CD¹), Most. 1173, Trin. 847 || *uiden* Bacch. 1161, Curc. 93, 160, Pers. 812[3]), Poen. 979, Rud. 170 || *ábin* Amph. 518[4]), 857, Bacch. 1168, Cas. II 4, 23, Most. 850, Pers. 671 (*abisne* BCD), Trin. 989 (*Abhinc* BCD pro *Abin hinc*) || *abin* Aul. 660, Bacch. 1176, Trin. 457 || *aúdin* Amph. 755, Asin. 109, 750, Cas. III 5, 63, Poen. 406 (*audi* C), Pseud. 665,

---

[1]) Mil. 1162 Brix suo iure e contextu remouet pronomen *tu* codicibus traditum ita, ut fiat uersus talis: *Vólo § uolúptatém mecástor mi ímperás. § scin quem ád modúm?* nam nusquam inuenitur *tu* post *scin*, ubi pendet ex uerbo sciendi pronomen aut aduerbium aut particula interrogatiua; cf. Amph. 356, 671, Aul. 47, Cas. II 8, 54, Men. 530, Most. 642, Pers. 139, 154, Poen. 376, 438, 441, 1318, Pseud. 276, 1178, Rud. 797; Bacch. 594, 1179, Men. 207, 677, Poen. 1167, Pseud. 538, 657, Rud. 773, 1216, Trin. 350; Aul. 307, Asin. 703; *scin* cum interrogatiuo pronomine sequente in unum tanquam compositum coaluisse uidetur simili modo ac *nescio quis*, de quo cf. Becker in Studemundi Stud. I 229. Alia est condicio Trin. 373, ubi propter accusatiuum interpositum: *Scin tu illúm quo génere gnátus sít?* pronomen *tu* admissum uidetur esse. cf. Studemundi Stud. I 283.

[2]) Hoc loco formam *uin* ex *uis-ne* addere liceat, quam longam *i* uocalem habere infra demonstrabo; quanquam homines docti de huius formae origine certa opinione uti non uidentur; cf. Corssen „Aussprache" II 247 adn.

[3]) Restituo codicum lectionem ita, ut fiat dimeter iambicus *Víden út tuis díctis páreó?* cf. Studemund de cant. Plaut. p. 40; Stud. I 273.

[4]) Codices praebent haec: *Cárnuféx, non égo te nóui? ábin e cónspectú meó?* Mueller, ut hiatum uitaret, post *abin* adiecit *hinc*.

Truc. 331 || *in* Bacch. 1185 (*in* CD, *isne in* B) || *rédin* Truc. 755 || *scin* Aul. 307 || *uin* Men. 614, Poen. 1115, 1226, Pseud. 522, Stich. 397, 486.

b) Formae uerbales ictu in syllaba ultima auctae sequente consona: *Censén* Aul. 309, 315, Merc. 461 || *habén* Mil. 72, Trin. 89, Truc. 680 (*habent* BCD) || *praebén* Pers. 792 [1]) || *ualén* Trin. 50 || *uidén* Bacch. 834, 1130, Capt. 304, Rud. 157, 869 || *abín* Merc. 756 || *audín* Asin. 116, 447, Bacch. 861, Men. 254, 310, Mil. 1057, 1222, 1313, Most. 622, Pers. 676, Poen. 1006 (*Audin* A[s], *Audi* BCD), 1155, Trin. 799 || *scín* Bacch. 594, 1178, Cas. II 6, 68, Epid. 207, Men. 207, 677, 947, Mil. 339, 1034, Poen. 879, 1167, Pseud. 538, 641, 657, Rud. 773, 1216, Trin. 350 (*scin* A, *scis* BCD), 373 || *uín* Amph. 769, Capt. 360, Cas. III 2, 14, Men. 141, Merc. 150, 462, 490, Mil. 335, 458, 978, 979, Most. 846, Pers. 587, 657, 803, Poen. 163, 308, 439, 1415, Rud. 1035, Truc. 924 || *possín* Merc. 518.

Sequente uocali: *audín* Asin. 598 (cf. Studemundi Stud. I 271 adn. 3) || *scín* Asin. 703 || *uín* Asin. 646, Curc. 313, Men. 653, Most. 309, Poen. 990, Pseud. 324, Stich. 736, Truc. 502.

2. Plenae in *-sne* formae rarius leguntur:

a) Formas ictu in syllaba paenultima destitutae sequente consona ne semel quidem occurrere consentaneum est. Sequente uocali: *stasne* Cas. III 6, 20 [2]) || *spóndesne* Poen. 1157 [3]) || *ualuíssesne* Amph. 715 ||

[1]) Ritschl scripsit *Lócus hic túus est: híc accúmbe. fér aquam pédibus. praében púere?* sed libri exhibent *ferte* et *praeben tu*; quare cum nusquam alibi Plautus in simili argumento dixerit de pedibus lauandis, sed de manibus (Most. 308, Pers. 769, Truc. 481), uersus ita restituendus est: *Lócus hic túus est, híc accúmbe. férte aquám. praebén tu, púere?*

[2]) *Stasne étiam? i sís. ego hic hábeo* i. e. dimeter anapaesticus catalecticus; sic fere A teste Studemundo.

[3]) *Spondesne? § spondeo* formula sollemnis uidetur fuisse similiter ac *spondes? § spondeo* (cf. Varro de l. l. VI 70; Dirksen, Manuale lat. font. iur. Rom., Berol. 1837; Trin. 502, 573, 575). *Spondes?* non inueni apud Plautum, sed praeter formulam sollemnem *spondesne* formulam quodammodo uulgarem *sponden* usurpabat poeta, quam supra quater enotaui.

formae nominales *séntisne* Capt. 188 || *díuesne* Bacch. 331 [1]).

b) Formae ictu in syllaba paenultima auctae: sequente consona: in clausula senarii iambici *déridésne* Curc. 18, 392 || in formulis sollemnibus *spondésne* Curc. 674, *ésne* Men. 1109 (*estne* B [1]), Pers. 581 (*estne* ABCD), Pseud. 616 || in enuntiatis interrogatiuis disiunctiuis, ita ut *-ne necne* usurpetur *sísne* Bacch. 400, *possísne* Cas. I 7, *emítterésne* Capt. 713 | formae nominales *bonísne* Trin. 1065, *uósne* Stich. 135. Sequente uocali: *negásne* Poen. 777 || *rogásne* Amph. 571 (cf. Spengel „Reformvorschlaege" p. 336) || in cantico *uidésne* Rud. 253 [2]) || in fine enuntiati sequente hiatu *habésne* Asin. 579 [3]) || formae nominales *másne* Rud. 104 | *Phílolachésne* Most. 972 || *deísne* Pers. 26 | *publicísne* Trin. 331 || *hostísne* Trin. 102 | *meósne* Curc. 357, Truc. 925 || *eósne* Trin. 1020 || *uósne* Stich. 132.

Ex his autem, quos modo enumeraui, uersibus de syllabis longis in *-s* exeuntibus, quibus *-ne* affigitur, constitui possunt haec:

a) Ubi *-ne* adnexa est formis nominalibus, semper particula plena [4]) seruata est, sed saepius sequitur uocalis, rarius consona.

---

[1]) Hunc senarium Ritschl ita constituit: *Sed istíc Theotímus díuesnést? § etiám rogás?*, quae coniectura codicibus non comprobatur (*diuesne est istic theotimus* BCD); immo legendum uidetur esse paucis mutatis *Sed díuesne ístic Théotimúst? § etiám rogás?*; de accentibus *Théotimúst* cf. Bacch. 326, 335, 776. Nisi forte uocabulo *diues* tanquam monosyllabo uti licet (cf. Neue II 12; Mueller, Plaut. Pros. 308).

[2]) Rud. 253 Studemund codices secutus ita restituit, ut fiat tetrameter creticus acatalectus, quem excipit penthemimeres iambicum: *Séd quid hoc, óbsecrost? uíden, amabó, quid est, Fanúm uidésne hoc?*

[3]) Asin. 579 *Argénti uígintí minás habésne? § hárioláre;* de *-ne* in fine enuntiati posita cf. *rettulitne?* Asin. 444, *ueneritne?* Poen. 731, *uiuitne?* Capt. 282; de formula sollemni cf. Gai Instit. III 169 *habesne acceptum*, Digest. XLVI 4, 18 *haberetne a se acceptum.*

[4]) Quid quod forma in *-n* ne Stich. 135 quidem admissa est, quanquam hoc loco sine dubio non *uósne latrónes* sed *uón latrónes* audiebatur?

b) Ubi *-ne* accedit ad formas uerbales satis tritas, i. e. ad alteram personam singularis indicatiui actiui II aut IV coniugationis, ad formam *uis,* ad formam *possis,* 1. plerumque litterae *s* et *e* abiciuntur, 2. rarius plena in *-sne* forma seruatur, ubi ex metro aut ex consuetudine sermonis magis conueniebat (in clausula senarii iambici, in formulis sollemnibus, in enuntiatis interrogatiuis, disiunctiuis, ubi post *-ne* sequitur *necne,* ubi *-ne* in fine enuntiati posita est).

c) Quotiens *-ne* subsequitur alias formas uerbales, semper plena in *-sne* forma usurpabatur [1]), sed rarius sequente consona, saepius sequente uocali.

d) In formis illis breuibus uocalem ictu praeditam longam fuisse apparet ex uersibus Asin. 598 *Audīn hunc ópera ut lárgus ést* (cf. Studemund Stud. I 271 adn. 3) || Asin. 703 *scīn ut dícam* || Asin. 646 *uīn erúm deludi?* | Curc. 313 *Vīn aquám?* || Men. 653 *uīn adférri nóctuám* || Most. 309 *uīn unguénta?* || Poen. 990 *uīn appéllem hunc Púnicé?* || Stich. 736 *Vīn amícam huc éuocémus?*

e) Valde dubitandum est de forma *uīsne,* quae ter legitur sequente uocali Merc. 486, Most. 322, Trin. 1091; nam non est cur uerbi adeo triti in lingua Plautina, cuius formam *uin* tricies octies enotauimus, in tribus uersibus nulla sermonis aut rhythmi lege cogente seruauerit plenam formam *uisne*; accedit quod in his uersibus post *uisne* sequitur uocalis, ita ut nullo negotio *uisne* et *uin* inter se commutari possint; quin etiam Curc. 313 *uín aquám?,* Trin. 1091 *uísne aquám?* legimus; cf. Mueller „Nachtraege" p. 100.

---

[1]) Pers. 42 *Qui ípsus sítiat. § sícine hoc té mihi fácere? § quíd faciám? § rogás?* neglegentia scribae in codicem B^1 irrepsit forma *rogan* iam correcta in B^2, ubi aeque atque in reliquis codicibus recte *rogas* legitur; nam *rogan* abhorret ab usu Plautino; cf. Seyffert in Philologo XXIX p. 385 sqq.

Pseud. 1315 Studemund *auferen* in codice Ambrosiano legisse sibi uisus est, ubi uerba inuenit fere haec: *Quid hoc auferen pseudolum mihi abs tuo ero § luben|tissimo corde atque animo*; in B (atque item fere in CD) haec extant: *Quid hoc auferre nonpseudole apstuo ero. Lubentissimo corde atque animo.* Sed totus locus corruptior est, quam de quo certi quicquam constitui possit; cf. Lorenzii adn. crit. ad hunc uersum.

f) Ubi ictus aberat, illud constitui potest, certo correptam fuisse uocalem posterioris syllabae in formis iambicis *haben, iuben, uiden, abin, redin* (cf. Iahn in annal. philol. 1851, LXI 39. 40; Ritschl. Proleg. p. 165, 166; Lorenz adn. ad Most. 262), ita ut sequente consona collaqueatio adhiberetur, sequente uocali pro pyrrhichiis iis Plautus uteretur. Iure igitur Ritschl et Lorenz Pseud. 1163 *háben* pro *hábesne* scripserunt *Mílite ésset. § háben argéntum ab hómine? § rógitas quód uidés?* (*habes nergentum* B, *habesne argentum* CD).

g) Cum in lingua latina alibi nusquam -*s* littera euanuerit in fine syllabarum longarum — nam aliter intellegendae sunt *mirimodis, multimodis*, similes formae, cf. *omnimodis* — formas tales, qualis est *censen*, ita explicauerim: Cum -*ne* praecedente syllaba longa moram in schemate metrico explere uix posset (cf. supra A § 1 I p. 4 sqq.), usus cottidianus in sermone uulgari *cénsesne* e. g. ita mutilauit, ut fieret *cénsesn* et postea *cénsen*: quam formam *cénsen* cum in promptu haberet poeta, non dubitauit etiam *censén* sibi permittere, ubi metro conueniebat, interdum autem numeris coactus plenam in -*sne* formam restituit.

II.

Ubi -*ne* sequitur syllabam in -*s* exeuntem, quae habet uocalem natura correptam, 1) forma breuis in -*n* desinens legitur in uersibus his:

a) Syllaba ultima ictu destituta est et sequitur consona: *Cognóscin* Amph. 822, Poen. 1130 | *crédin* Capt. 961, Poen. 441 [1]) *míttin* Truc. 756 || *pérdormíscin* Men. 928 | *pérgin* Capt. 591, Merc. 998, Poen. 433 (*pérginé* cum puncto supra *e* a manu prima A[s]), Pseud. 1300, Truc. 265 | *audítin* Pseud. 172 || *datin* Truc. 631 || *pérgitin* Pseud. 1219 | *scítin* Men. 1154 || *uidétin* Asin. 636.

Sequitur uocalis: *accípin* Pers. 412 | *dícin* Truc. 825 | *fúgin* Aul. 660 || *pérgin* Amph. 349 (*pergam* J), Cist.

---

[1]) *Lúdin* Pseud. 24. Ritschl in A *ludin me* legisse sibi uisus est (*ludis me* BCD), sed teste Studemundo *ludis iam* praebet Ambrosianus.

IV 1, 14, Curc. 196, Mil. 300, Poen. 434 || *réddin* Curc. 566 || *fatérin*[1]) Capt. 314 || *patiérin*[1]) Epid. 148 || *dátin* Curc. 311 || *habétin* Bacch. 269 || *properátin* Curc. 312 || *státin* Pseud. 1246 || *aliénun* Truc. 665 (*alienum* C) || *sánun* Bacch. 566, Cas. II 3, 16, Men. 818, Merc. 292, 489, Rud. 633, 1005, Truc. 364 || *abitúrun* Poen. 432 (sic A[s], *abiturusne* BCD) || *exspectátun* Amph. 679 (*expectatun* B, *expectastim* E, *expectatum* J, *expectatũ ne* [*ne* eras.] D) || *missúrun* Cas. III 4, 20 (*missurunne*[2]) A[s], *missurus ne* BEJ) || *uísun* Merc. 202 (*uisunt* B, *uisum* CD) || *in*[3]) Merc. 598.

b) Syllaba ultima ictum habet sequente consona: *pergín* Asin. 477, Mil. 380 || *rerín*[1]) Bacch. 1127 || *dabín* Bacch. 883, Pseud. 536, 1078. Sequente uocali nullas huiusmodi formas inueni.

2. Plenae in *-sne* formae a) sine ictu in syllaba paenultima; sequitur consona: *Ópusne* Mil. 464 || *príusne* Mil. 1005, Truc. 694 || *tríbusne* 1017. Sequitur uocalis: *benígnusne* Truc. 34 || *cáptusne* Pers. 644 || *relíctusne* Truc. 418 || *málusne* Pers. 371 || *rátusne* Mil. 558 || *ípsusne* Trin. 987, 988 || *loquitátusne* Bacch. 803 || *ópusne* Mil. 663, Pers. 584 || *séruosne* Amph. 343[4]) (*seruusne* BDEJ), Capt. 270, Pseud. 610 || *cíuisne* Merc. 635 || *túusne* (BCD) Rud. 1052 et 1361[5]).

b) cum ictu in syllaba paenultima; sequitur consona: *moléstusne* Truc. 720 in metro bacchiaco. sequitur uocalis: *dabísne* Pseud. 117 || *datísne* Asin. 712 ||

---

[1]) Formas *fatérin, patiérin, rérin* ex *fatéris-ne, patiéris-ne, réris-ne* ortas esse, non ex *fatére-ne, patiére-ne, rére-ne* apparet ex A § 1 II; nam ex forma *rére-ne* e. g. exspectatur *rérene* uel *rérine* non *rérin*; cf. *úsquene*.

[2]) In codice archetypo formae in *-n* exeunti saepius *-ne* particula superscripta uidetur fuisse; cf. *satinne* Pseud. 1321 A, *potine ne* Men. 466 CD[1], *potinne* D[3], *potinne* Merc. 441 B, *tibin egon* Trin. 515 A.

[3]) *ĭn* i. e. *ĭsne* Merc. 598 *Séd in est, quém curréntem uídeo* (*Sed inest* BC, *sedi nẽ* D).

[4]) Amph. 343 Ussing et Goetz scripserunt *Séruos (és)ne an líber?*, sed ex Pseud. 610 apparet legendum esse *Séruosne (és) an líber?*

[5]) Rud. 1054 *Túus hic* legitur in BCD; *Tuun hic* Fleckeisen.

edísne Trin. 473 | *uiuísne* Rud. 243 [1]) || *uoltísne* Curc. 90 || *ísne* Capt. 987 || *Díniarchúsne* Truc. 122.

Hi uersus docent Plautum etiam, ubi syllabis breuibus in *-s* desinentibus *-ne* particulam affigeret, certis legibus usum esse his:

a) Quotiens ad formam uerbalem in *-ĭs* exeuntem aut ad pronomen *is* accessit uocula *-ne* 1. ubi syllaba ultima ictu caret, semper *s* et *e* abiciuntur: tres repugnant uersus, in quibus breuem formam restituendam esse censeo Aul. 643 *Fácin iniúriám mihi án non?* (*Facisne* BDEJ; cf. Mueller Pros. Plaut. p. 111), Most. 660 *dícin hóc quod té rogó?* (*dicisne* BCD), Stich. 612 *Íbin ad cenám forás?* (*Ibisne* ABCD); 2. ubi syllaba ultima ictum habet, *α*) sequente uocali plena in *-sne* forma seruatur [2]), *β*) sequente consona breuis forma praestat; *dicín* igitur scribendum est admissa forma bisyllaba *mihi* Pers. 281 *Dicín mihi úbi sit Tóxilús?* (*Dicisne mihi* ABCD).

b) Quotiens *-ne* affigitur ad syllabam *-us* alterius quae uocatur declinationis, utraque forma locum uidetur habuisse, illud tamen monendum est, sequente consona unam in *-usne* formam extare *moléstusne* in bacchiaco metro.

c) Reliqua nomina omnia semper plena *-sne* forma insignia sunt; atque adeo *ópusne léni* scribitur, quanquam certo *ópune léni* audiebatur.

d) Rarissime *-ne* legitur sequente consona, saepius ante uocales.

e) Nunquam inuenies e. g. *credine*, sed *credin*. Itaque constat *-s* non potuisse euanescere, priusquam *e* esset abiecta; nam si ex *crédisne* prodiisset *crédine*, certo *e* littera

---

[1]) Rud. 243 *Díc, uiuìsne? óbsecrò §* Studemund in scholis codices secutus.

[2]) Trin. 952 legitur in codicibus *Nouerisne hominem? § ne tu me edepol arbritrare beluam*; Ritschl, ut numeris satisfaceret, *edepol me* scripsit pro *me edepol*. Nescio an rectius seruato uocabulorum ordine scribatur *Nórin hóminem? § né tu me édepol árbitráre béluám?*; cf. *norit* pro *nouerit* Poen. 874, Pers. 132; Neue II 509, 532.

non remota esset (cf. A § 1 II). Immo ex *crédisne* ortum est *crédisn*, ex *crédisn* deinceps *crédin.*

f) Quamuis hoc certum sit, tamen nusquam suppletoria syllabarum productio inuenitur talibus in formis, sed contra syllabam ultimam correptam esse ueri est simillimum; cf. *Accĭpĭn argéntum* Pers. 412, *Fúgĭn hinc* Aul. 652; in clausula senarii iambici *sánŭn és* Merc. 292, Truc. 364, *abitúrŭn és* Poen. 432; in clausula septenarii trochaici *sánŭn és* Rud. 1005. Idem apparet ex eo, quod tam debiles erant hae syllabae, ut sequente uocali ictum ferre non possent, sed tantum sequente consona positione productae[1]).

III.
ain et *dan.*

1. Cum *ais* deriuandum sit ab *aio* (siue *aiio*), *aiis, aiit,* illa *i* uocalis in *ais* et *ain* natura potius longa quam breuis Plauti aetate uidetur fuisse, qua de re ex metro nihil certi concludi potest. Separatim igitur de *ain* forma agam. Quam semper monosyllabam fuisse censeo, cum Amph. 284 et 344 aliquid intercidisse ueri sit simile collatis ceteris locis omnibus. Saepius in codicibus *ain* scriptum est pro *an*; cf. Langen „Beitraege“ pag. 119. Recte *ain* legitur in uersibus his: a) sequente consona: *aín* Most. 974; *aín tu* Asin. 485, 851, Aul. 186, Cas. II 6, 45, Curc. 323[2]), Epid. 699, 717, Most. 964, Pers. 29, Poen. 961, Truc. 194; *aín tu uéro* Truc. 306; (*aín* ⟨*tu*⟩ *uéro* Amph. 344; *aín* ⟨*tu*⟩ *uéro uérberó* Amph. 284); *aín tu tándem* Trin. 987 | *ain tú* Most. 383, 642; *ain uéro* Asin. 722; *ain uéro uérbereúm capút* Pers. 184; *ain tándem* Asin. 901, Aul. 299, Truc. 608. b) sequente uocali: *aín* Amph. 799, Pers. 491 (cf. Spengel „Reformvorschlaege“ p. 389), Rud. 1095; *ain* Aul. 538.

2. Dubitari uix potest quin forma *dán* (ex *dasne*) referenda sit ad ea uerba, quae ante *-s* in syllaba ultima breuem habent uocalem; sane uerbi *do, dĕdi, dătum, dăre*

---

[1]) Pseud. 238 *pérgin* ipsum finem septenarii anapaestici explet; sed spurius est uersus; cf. Lorenz adnot. crit. et Philol. XXXV p. 161.

[2]) cf. infra pag. 40.

perfectum, supinum, infinitiuus demonstrant hanc *a* litteram in prisca latinitate breuem fuisse.

Dan legitur in uersibus tribus Asin. 671 *dán quod óro?* (*dant* BDE, *da nunc* J): Truc. 940 *Dán tu míhi* || Truc. 373 *Dan sáuiúm?* (*Da* A, *Dant* BCD).

§ 2.

Satin et *potin.*

Sequitur ut de *satin* et *potin* formis uerba faciam. Quae quanquam eodem modo ex *satisne* et *potisne* ortae uidentur esse atque illae, quas pag. 25 sqq. enumeraui, aptius ab iis separabuntur, quoniam latissime patet *satin* et *potin* formarum usus apud Plautum; et profecto sunt loci perpauci, ubi formae *satine* et *potine*, cum codicibus commendentur, prima specie iis repugnare uidentur, quae supra exposita sunt. Qua ratione formae *satine* et *potine* explicari possint, infra dicetur in fine huius paragraphi.

I. Formae *satin* et *potin*
(non addita *-e*) leguntur in uersibus his:

a) sequente consona, 1. sine ictu in syllaba altera: Cas. II 2, 34 *Satin sána's?* (cf. A. Spengel „Reformvorschlaege" p. 355) || V 2, 19 *satin mórigerást?* (cf. A. Spengel l. l. p. 363) || V 2, 23 *satin lépide aditást uobís manus?* (cf. Aul. 378, Poen. 457, 462, Pers. 796), quanquam de metro parum constat || Men. 510 *Satin sánus és?* || Merc. 337 *Satin quícquid est quám rem agere óccepí* (cf. A. Spengel l. l. p. 376) || Pers. 23 *Satin tu úsque uáluistí?* (*Satin* AB CD et Seruius) || Truc. 553 *Satin sí quis amát* (cf. Rud. 1193) || Curc. 246 *Potin cóniectúram fácere* || Pers. 175 *potin né moneás?*

Amph. 579 *sátin disérte* || Mil. 1173 *sátin praecéptumst?* || Most. 254 *sátin conpósitust* (*satin* Nonius, *satis* BCD; cf. Becker in Studemundi Stud. I 168) || 282 *sátin sic (mé) deceát* (sic Studemund l. l. I 167, *haec deceat* BCD) || Pseud. 194 *sátin magníficus tíbi uidétur?* (*satin* ABCD) || Poen. 1089 *§ pótin tu fíeri súbdolús?*

2. Rarius syllaba altera ictu insignis est: Amph. 604 *satín tu sánus és?* || 633 § *Satín parua rés est* || Cas. III 4, 8 *Satín proptér te péreo* (*Satin* ABEJ) || Merc. 682 § *Satín tu sána's, óbsecró?* || Rud. 1193 *Satín si quoi hómini* || Trin. 454 *Satín tu sánu's* (*Satin* ABCD²).

b) sequente uocali (sine ictu in syllaba altera): Bacch. 1198 *satin óffirmátum* || 1202 § *Satin égo istuc hábeo offírmatúm?* || Cas. II 4, 24 *satin ómnes rés sunt* || II 8, 52 *Satin ástu?* || Men. 602 *satin aúdis* || Mil. 393 § *Satin éadem* (*Satin* ABCD) || 481 § *Satin ábiit ílle* (*Satin* ABC) || Most. 76 § *Satin ábiit* || Pers. 305 *Satin éa tenés?* § (*Satin ea* BCD, *Satíne* uix recte A, cf. infra p. 32) | Pseud. 1321 *satin últro et argéntum aufért et me ínridét?* (sic ABCD teste Studemundo, nisi quod A pro *satin* aut *sati(nme)* habere uidetur aut *sati(nne)*, et quod BCD *statim* exhibent; cf. A. Spengel l. l. p. 407) || Stich. 271 *Satin út facéte* (*Satin* BCD, *Stat* A) || Cas. III 6, 10 § *potin á me abeás?* (*potin* ABEJ) || Epid. 63 § *Potin út moléstus né siés?* || Pers. 175 *Potin út taceás?* (*Potin* ABCD) || 287 *Potin út moléstus né siés?* (*Potin* ABCD) || 297 *potin ábeas?* (*potin* ABCD) || Pseud. 235 *potin áliam rem út curés?* || 264 § *Potin út semél modo* (*Potin* ABCD) || 940 § *Potin út taceás?* (*Potin* ABCD).

Amph. 509 § *Sátin habés si féminárum* || 579 *Sátin hoc pláne* || Bacch. 491 *Sátin ut quém tu habeás fidélem tíbi aut quoi crédas nésciás?* [in A aut *Sati(ne uti) q(uem) tu* aut *Sati(sne ut) q(uem) tu* uidetur exstitisse] || Capt. 446 *Sátin habés mandáta quaé sunt* (*Satin* BDEJ) || 638 *Sátin istúc mihi éxquisítum* (*Satin istuc* B, *Satin* **istuc*? E litteris *ati* in rasura scriptis, *Satine* [omisso *istuc*] J) || Cist. II 1, 33 *Sátin istúc tibi in córde cértumst?* (*Satin istuc tibi* ABJ, *Satin tibi* (haec uox erasa est) *istuc tibi* E) || Epid. 634 *Sátin ego óculis* (*Satin* ex *Satim* potius quam ex *Satine* per rasuram in B effectum uidebatur Studemundo) || Men. 181 *Sátin ut ócc⟨a⟩ecátus⟨t⟩* || 319 § *sátin hoc quód uides* || 621 et 655 *sátin hoc ést tibi?* || 945 *Sátin haec pró sanó maledícta* || Mil. 999 § *sátin haec quóque* || Most. 389 *Sátin habés si ego* || 650 *sátin intéllegis?* || 831 § *Sátin habés?*

(*Satin* AB²CD) || Pers. 18 *Sátin ergo éx senténtiá?* (*Satin* ABCD) || 183 § *Sátin haec tíbi sunt* (*Satin* ABCD) || 183 *sátin haec méministi* (*satin* ABCD) | 549 *Sátin Athénae tíbi sunt uísae* (sic A, *sunt* om. BCD) | 658 *Sátin ut méminit* (*Satin* ABCD) | Poen. 171 *sátin intéllegís?* (*satin* BCD) | 1299 *Sátin ego óculis cérno?* (sic BCD, nisi quod *Statin* D; *Satin oculis ego cerno* uerbis transpositis A; cf. infra Trin. 1071) | Pseud. 166 *sátin audís?* (cf. A. Spengel l. l. p. 397) | Trin. 925 § *Sátin intér labra* | 1013 *sátin in thérmipólió* (*satin* B, *sat* CD) | 1071 *Sátin ego óculis plánc uídeo* (sic fere BCD: A *Satin oculis ego planc*, cf. supra Poen. 1299) | Amph. 903 *pótin ut ábstineás manúm?* (*potin es ut* B, *potine st ut* D, *potin est ut* J, *potui est ut* E) || Bacch. 751 *pótin ut cúres te* | Men. 606 *Pótin ut míhi moléstus né sis?* || Merc. 495 *pótin ut áliud cúres?* (*potin* ABCD; ceterum pro *aliud* [ita BCD] A habet *aliquid*, quae lectio nescio an praeferenda sit) | 890 *Pótin ut ánimo sís tranquíllo?* | Most. 396 *Pótin ut ánimo sís quiéto* (*Potin animo ut sis* perperam BCD) || Poen. 916 *Pótin ut táceas?* || Pseud. 393 *pótin ut ábeas?* (*potin ut habeas* ABCD) || Rud. 425 *pótin ut me ábstineás manum* (sic BCD) || Trin. 628 *Pótin ut me íre* | Truc. 897 *Pótin ut míhi molestus né sis?* (*Potin es ut* BCD; at cf. Men. 606, Epid. 63, Pers. 287).

Apparet debiliorem fuisse uocabulorum *satin* et *potin* syllabam alteram, quam quae sequente uocali ictum rhythmicum ferre posset; quid quod *potin* ne tum quidem, ubi consona sequitur, ictu feritur in syllaba altera. Neque magis illud casui tribuerim, quod et *satin* et *potin* multo saepius obuiam fiunt ante uocabula, quae incipiunt a uocali, quam ante consonas (56 : 20).

II. Formae *satine* et *potine*

codicum consensu commendantur in uersibus his:

a) sequente consona: Most. 1109 *probe Mé(d) emúnxti. § uíde sis, sátine récte: núm mucci fluónt?* (*emunxit* B¹, *emuxit* C, *emuncxit* D, *emunxisti* B²; *sis satin erecte* B,

si satin erecte CD) | Poen. 919 *Sátine príus quam unúmst iniéctum télum, iam ínstat álterúm* (sic A; *unum si inlectum* BCD, *tam* BCD, *iterum* BCD) | cf. etiam, quae pag. 30 de codicis J lectione ad Capt. 638 et de codicis A lectione ad Pers. 305 adnotauimus.

b) sequente uocali: Mil. 574 *Ita fácere cértumst. séd satine óratú's? § abí §* (*certum est sed satine oratus* A, *certum esset satine oratus* B¹CD¹, *certum est satine oratus* B²D³, *certumst. satin e⟨x⟩oratu's* Ritschl) | 1134 *Satine út Commóditas úsque quáque me ádiuuát?* (*Satine* ABCD).

Bacch. 509 *Sed sátine ego ánimum ménte síncerá geró* (*satine* ABCD¹, *satin* D³) || Epid. 666 *Sátine illíc homo* (*satine* BEJ; utram formam A habuerit, dici nequit) | Men. 522 *sátine* (sic BCD teste Studemundo) *ut quémque cónspicór.*

Men. 466 *Potine út quiéscas* (*P otine'''ut* B, in rasura uidetur *ut* fuisse, *Potin ne ut* D³, *otine neut* CD¹) | Merc. 779 *Potine út moléstus né sis?* (*potine* ABCD).

Merc. 441 *Pótine ut né licitére* (*Potine* CD, *Potinne* B) | Mil. 926 *§ pótine ut hóminem Mihi dés?* (*potine* BCD) || Cf. etiam quae supra pag. 31 ad Amph. 903 et ad Truc. 897 adnotauimus.

Quodsi comparaueris magnam illam formarum *satin* et *potin* copiam cum exiguo numero (11) eorum uersuum, in quibus *satine* exstat uel *potine*, num uersus Most. 1109 et Poen. 919 recte traditi sint dubitabis; nouem illos uersus, in quibus *satine* uel *potine* uocalem praecedit, minoris ac paene nullius momenti esse consentaneum est. At Most. 1109 si quis haec temptet: *Mé⟨d⟩ emúnxistí. § uide sís, satin récte: núm mucci fluont?* (collatis de forma *emunxisti* iis, quae tradita sunt in codicibus Most. 1110), numeros Plautinos uitiet; atque *sátin⟨e⟩ récte?* legitur apud Terentium Andr. 804.

Ac ne Poen. 919 quidem mensuram *Sátin priús quam unúmst iniéctum* commendauerim, siquidem *prius* apud Plautum bisyllabum non est nisi in clausula senarii iambici aut

septenarii trochaici (et semel in pede quarto senarii iambici in prologi parte Pseudo-Plautina)[1].

Itaque plerumque quidem *satin* et *potin* formis usus est Plautus, quae ex *satisne potisne, satisn potisn* ortae uidentur esse; rarissime idem *satine potine* formis usus uidetur esse, quae ex *sat(e)-ne pote-ne* non secus oriri potuerunt quam illae, de quibus supra p. 10 sqq. egimus; cf. etiam Dziatzko ad Terent. Phorm. 210. Illud tamen cauendum esse sequitur, ne inuitis codicibus forma *satine* fabulis Plautinis obtrudatur.

Itaque recte nuper Brix Capt. 653 Fr. Schmidtium secutus edidit: *Sátin me illí⟨sce⟩ hodié scelésti cápti céperúnt doló?* (*Sátin⟨e⟩ me ílli* Brix olim; *Santin* B, *Satin* EJ).

Cist. I 3, 2 ipsum metrum flagitat formam *satin*, non *satine* (sic BEJ): *Satin uíx relíquit deó quod lóqueretúr locí?*

Proceleusmaticum Ritschl ut remoueret, Stich. 517, qui in ABCD talis est: *Ín hunc diém. sed sátin ego técum pácificátus sum, Ántiphó?* § (inter *SED* et *SATIN* in A[s] una littera antiquitus expuncta extat, quae *I* potius quam *T* uidetur fuisse) scripsit: *Ín diem húnc. sed sátin⟨e⟩ técum pácificátus sum, Ántiphó?* § Ac de *satin ego* dubitari posse

---

[1]) *prius* bisyllabum est in fine senarii iambici: Aul. 115, 336, Cas. II 8, 12. Cist. II 3, 4. 43. Bacch. 221, Men. 43, 873, Merc. 297, 299, Mil. 96, Most. 539. 611. 1006, Pseud. 119. 524. 896. Rud. 455. 460, Stich. 417; in pede quarto senarii iambici: Poen. prol. 93; in fine septenarii trochaici: Asin. 213, 360, Epid. 537, Men. 681, Pers. 240, Pseud. 331, Rud. 1055, 1063, Trin. 854, 1141, Truc. 780.

Restituendi igitur sunt Hermanni accentus contra Ritschelii opinionem Bacch. 382 *Núnc prius quám malum ístoc áddis.* Item restituenda est codicis B lectio Poen. 790 *Prius quam hínc optórtó cóllo ad praétorém trahór?* (ubi *hinc* cum CD uulgo omittitur). Item seruanda est uerborum collocatio quae extat in codicibus Asin. 141 *Quaé prius quam ístam adii átque amáns ego ánimum méum isti dé⟨di⟩di.* Sane peior est Fleckeiseni lectio haec: *Quaé priús quam ego ádii istam átque amáns meum ánimum istí dedi.* Neque multo magis placet mihi Langeni coniectura scribentis (ex parte cum Fleckeiseno) *Quaé priús quam ad ístam adii átque amáns* etc. — Incerta est memoria tetrametri bacchiaci ab Hermanno Most. 867 sic conficti: *Malúm rem priús quam ut meúm ⟨tergum ⏑́ –⟩.*

concedo, *hunc* autem ante *diem* collocandum esse supra demonstraui pag. 9, ita ut *Ín hunc diém* per collaqueationis artificium pronuntiandum esse constet.

Pers. 465 nescio an *estis* glossemate aliud expulsum sit uocabulum, ueluti *intus*, ita ut uersus fuerit talis: *Sed sátin intús meditáti? § trágici et cómici* (*Set sátin⟨e⟩ méditati éstis?* Ritschl, *Sed sátin estís meditáti* BCD): cf. Mil. 612 *quod intus meditati sumus;* de ictu in *intús* posito cf. Men. 218, 352, Mil. 1256.

Pseud. 935 in cantico scribendum uidetur inusitata uerborum collocatione: *Séd uide ornátus hic mé satin cóndecet?* (*me sa(tin con)decet* probabilius paulo est in A^s fuisse quam *me sa(tis con)decet*; *me satis condecet* BCD, *satin⟨e⟩ me condecet* Ritschl).

Unus Trin. 1177 nunc feliciter emendatus circumferri uidetur: *Béneuoléns tuos átque amícus. § sátine sáluae? díc mihí* (*amicus est* B, *amicumst* CD; *satinst salue* B, *satin est salue* CD, *satin salue* Donatus, *satin saluae* Camerarius, *satine salue* Gruterus).

Sane quidem Terentius in Eunucho 978 scripsit: *sátine sáluae? díc mihí* (*satine* ABD, *satin* CEFP et Donatus).

§ 3.

Restat ut dicam de *-ne* particulae prosodia, ubi affigitur syllabis, quae desinunt in consonas *c, d, l, m, r, t, x.*

In his formis propter linguae latinae leges fieri omnino non potuit, quin plena *-ne* particula seruaretur.

I. Itaque *-ne* pronuntiatur sequente consona: *necne* Cas. I 7, Epid. 322, 462, Mil. 1051 (*sit nec ne sit* CD, *si nec sit* B; scribendum fortasse *sit nec sit*), Pers. 78, Pseud. 451, Trin. 850 || *idne* Epid. 107 || *quodne* Curc. 705, Mil. 614 || *nilne* Amph. fragm. VIII, Asin. 933, Pers. 424 (*nihilne* A, *nihil ni* BCD), Pseud. 308 (*nihilne* ABCD) || *etiamne* Pseud. 1178 (sic BCD; A^s perperam habet: *Scilicet § e(ti)am fa(cere soli)tunst § scin quid loquar*) || *iamne* Cas. II 6, 64 || *sumne* Pers. 474 || *caruitne* Curc. 17 || *fertne* Bacch. 322 || *habuitne* Trin. 330 || *licetne* Mil.

521, Vid. III 2 | *paenitetne* Truc. 533 || *rettulitne* Asin. 444 || *sitne* Epid. 322, Pers. 33 | *ueneritne* Poen. 731 || *uenitne* Bacch. 247 || *tenaxne* Capt. 289.

II. *-ne* scribitur et *-e* hauritur sequente uocali: *necne* Bacch. 400, Capt. 283, 713, Merc. 457, Trin. 850 (testibus Palatinis) | *quodne* Merc. 573, Rud. 1231 || *nilne* Bacch. 315, Pseud. 78, Truc. 542 (*nihilne* CD, *nihil nec* B) || *ausimne* Merc. 301 (*aussimne* A)[1] || *certumne* Capt. 732, Merc. 461, Poen. 496 (*certumnest* A), Stich. 141, 482 (A), 613 (*certumnest* A) | *eademne* Bacch. 421 || *eamne* Epid. 518 || *Epidicumne* Epid. 4 | *erumne* Aul. 812 | *etiamne* Asin. 40, Aul. 304, Bacch. 567, Cas. III 5, 50, V 4, 8, Men. 697, 710, Merc. 751, Most. 272, 522, 937 (A), 938, Poen. 281, 431, Rud. 467, 846, 1275, 1277 || *iamne* Amph. 485, Aul. 819, Bacch. 203, Cas. II 8, 67, III 3, 15. 16, IV 2, 15, IV 4, 13, Curc. 50. 132, 214, Men. 333, 441, 550, 876, Merc. 791, Mil. 1400, Most. 991, Pers. 50, Poen. 116, 678, 1410, Pseud. 380, 1064, 1126, Rud. 584, Stich. 251, 456, 632, Truc. 634 || *illamne* Merc. 203 || *ingenuamne* Mil. 784 | *itidemne* Stich. 350 (*eademne* [non *itidemne*] *censes esse* A^{s}, *itidem esse censes* BCD; *itidemne esse censes* Ritschl) || *meamne* Bacch. 842, Mil. 488 (A) || *meretricemne* Bacch. 839 || *nostramne* Trin. 512 || *nullumne* Capt. 154 || *numquamne* Asin. 169 || *parumne* Merc. 692 || *quamne* Bacch. 257, Cist. IV 2, 6, Epid. 719 | *quemne* Mil. 13, Rud. 1019 || *sodalemne* Bacch. 501 | *soleamne* Men. 919 || *Spemne* Pseud. 709 | *strictimne* Capt. 268 | *sumne* Bacch. 91, 623, Cas. II 4, 24, Men. 852, Merc. 588, Mil. 1345, Most. 362, Pers. 75, Pseud. 908, Rud. 865, 1184 | *uirginemne* Stich. 119 (A) || *blanditerne* Pseud. 1290 | *reddeturne* Most. 580 | *accepitne* Bacch. 250 | *amatne* Epid. 6 || *conueniebatne* Pseud. 1181 | *doletne* Pseud. 154 || *egetne* Trin. 330 || *essetne* Capt. 714, Trin. 178 | *estne* Amph.

[1]) Ceteris locis (Most. 923, 924, Poen. 1358) Studemund me docuit *ausim*, non *aussim* in A scriptum esse, itemque spatium in A sufficere Bacch. 697 ad *ausit* formam capessendam.

780, Asin. 54, 585, Bacch. 534 bis, 986, 1023, Capt. 74, 788, Cist. II 1, 15, Curc. 230, 275, Epid. 471, 538, 622, Merc. 866, Mil. 169 (A), 416, Most. 310, Pers. 225, Poen. 797, 1299, Rud. 334 bis, 1130, Trin. 404, 432, 1071, Truc. 189, 309 || *facitne* Amph. 526 || *foetetne* Asin. 928 | *fuitne* Capt. 633, Trin. 106 || *licetne* Pseud. 16 (*Licet me id scire* BCD, *Licet me scire* A[s]), 254, Cas. II 8, 20, Curc. 401, Mil. 501 || *peperitne* Truc. 504 || *scitne* Pseud. 745 || *sitne* Aul. 65 (*estne* BDEJ, *sitne* Pylades, cf. Becker in Studemundi Stud. I 195), 800 || *suntne* Capt. 281, Rud. 719 || *ualeatne* Curc. 19 | *ualetne* Truc. 190 || *uelintne* Most. 681 || *ueneritne* Poen. 181 || *uenitne* Pseud. 1067, Truc. 931 || *uiuitne* Capt. 989.

Aul. 430 scribendum esse *quid tú, malúm, cúras. Utrúm crudúm(ne) an cóctum edím, nisi tú mihí s tútor?*, non cum Guyeto *Utrúm(ne) crúdum an*, intellexit Studemund de cant. Plaut. pag. 32. Etenim nusquam apud Plautum forma *utrumne* legitur[1]); cf. Bacch. 75, 500, Capt. 268, Mil. 345, Most. 681, Poen. 1416, Pseud. 709, Rud. 104, Stich. 703, Trin. 306.

Neque magis *utramne*, quod ex Bothii prodiit coniectura, tolerari uidetur posse Bacch. 588, sed ad fidem codicum BCD cum hiatu scribendum esse puto: *Bacchídem § utram érgo? § níl sció nisi Bácchidém.* Etenim in *utramne* duo interrogationum genera coniungerentur, interrogatio nominalis *utram* cum interrogatione uerbali *-ne*; quod quantopere abhorreat ab usu Plautino, intellegitur cum ipsa ea re, quod nunquam inuenitur *utrumne* sed *utrum .... -ne*, tum haec exempla docent: Men. 1119, Stich. 118 sq. (A), Trin. 228 sqq.

Efficitur autem ex iis, quos modo enumeraui, locis idem, quod supra apparuit, Plautum aliquatenus cauisse, ne particula *-ne* praecedente syllaba longa moram in uersu expleret. Nam si comparauerimus initia uocabulorum Plau-

---

[1]) Cf. Lorenz ad Most. 666, Brix ad Capt. 256, Holtze Synt. II 271, Draeger Synt. I 347, Hand Turs. IV 80, Hellmuth Act. Erlang. I 134.

tinorum, ut intellegamus, qualis sit inter uocales et consonas litteras condicio, inuenimus haec:

E. g. in Epidici actu I initium capiunt			-ne supra enotauimus		
ex uocabulis	a consona	a uocali	locis	ante consonas	ante uocales
1338	854	484	200	33	167
100	64	36	100	16	84
	3 : 2			1 : 4	

C. De apostropho et de aphaeresi.

Restat, priusquam de particulae *-ne* prosodia disputationis finem faciam, ut addam nonnulla de apostropho, qua quin ualde abusi sint Plauti editores dubitari non potest. Iam uero consentio cum eis, quae Ritschl docuit prol. ad Trin. CVII, nullius omnino momenti esse notas grammaticorum Diomedis, Prisciani, Donati, Maximi Victorini, qui apostrophum constituerunt ad Vergilii uerba Aen. X 668: *tanton' me crimine dignum.* Vergilii enim aetate particula *-ne,* cuius forma plena apud Plautum et in lingua uulgari debilis et rarius usitata erat sequente consona, postea in ea latinitate, quam auream et argenteam nos uocare solemus, ita aucta et firmata est, ut et apud prosae orationis scriptores et apud poetas plena *-ne* forma aeque usurparetur sequente consona ac sequente uocali. Quo magis Vergilii licentia, qui *tanton* pro *tantone* scriberet, grammaticis digna uideri poterat, quae ipsa apostropho significaretur; cf. Kuehner „Ausfuehrl. Gramm.“ I (1877) pag. 86.

Quae nota in priscorum scriptorum operibus, ubi agitur de particula *-ne,* prorsus omittenda uidetur esse.

Neque de aphaeresi uocularum *es* et *est* praecedente particula *-ne,* quam proposuit Ritschl prol. ad Trin. CVII, cogitari potest. Nam ueri non est simile *e* litteram uocularum *es* et *est* excidisse ita ut *-e* particulae *-ne* ictu feriretur, quia hoc *-e* tam tenuiter sonabat, ut praecedente syllaba longa moram in uersu explere uix posset. Itaque minime scribendum est e. g. *Tuné's adiútor*, sed *Tun és adiútor.*

Ubicunque autem praecedit ante *es* aut *est* syllaba breuis, plenam et in *-ne* exeuntem formam commendauerim, nisi quis duo uocabula in unum coniungere maluerit, e. g. *hicinest* pro *hicine est.* Contra ubi post *satin* aut *potin* sequitur *es* aut *est,* ipsis codicibus breuis forma sine *-e* postulatur. Qua de causa in contextum recipienda sunt haec: 1. *tun és* Asin. 57, Pseud. 1010 || *tún es* Capt. 1021, Pseud. 607, 978, Rud. 1055 || *dómin est* Merc. 130. 2. *sánane és* Amph. 929, Cist. IV 1, 14, Curc. 654, Men. 394, 733 || *éane est* Mil. 532, 534 || *uísane ést* Mil. 462 || *núptane ést* Mil. 965 || *ítane est* Pers. 220 bis || *hícine est* Pers. 830, 845, 846 || *hicine ést* Epid. 541, *hicine* ⟨*ést*⟩ Pers. 544 || *haécine ést* Epid. 621, Rud. 1143 || *hócine ést* Merc. 356 || *istúcine ést* Merc. 620 || *íllicine ést* Pseud. 954. 3. *sátin est* Mil. 1173 || *satin ést* Bacch. 911, Pseud. 112 || *potin ést* Trin. 759.

Mira legitur forma Poen. 309 (ABCD) *Potesne mihi auscultare? § possum § abi domum ac suspende te,* ubi homines docti alii *Pótine mi aúscultáre,* alii *Pótine es aúscultáre míhi,* alii *Pótin es mi aúscultáre* proposuerunt. Nescio an hoc quoque loco illud *-ne* superscriptum fuerit et postea in contextum illapsum sit (cf. supra pag. 26 adn. 2); nam haud ita raro, ubi idem saepius interrogat, in primo enuntiato solo Plautus particula *-ne* utitur.

Caput II.

De particula *ANNE.*

Quoniam exposui, quae fuerit particulae *-ne* apud Plautum prosodia, et quam raro is plenam *-ne* formam admiserit sequente consona, si praecedat syllaba uel natura uel positione producta, transeo ad *anne* particulae pro *an* positae usum, quem obiter tetigerunt homines docti[1]) neque priscae

[1]) Veluti Haase (Reisig-Haase § 277) nihil fere praecipit de *anne* nisi haec: „*-ne* wird selbst an fragende Partikeln oder Ausdrücke gehängt; da es seinen Accent inclinirt auf das vorhergehende Wort,

latinitatis rationem habuerunt. Itaque non inutile esse puto, omnes, quibus apud scaenicos poetas priscos *anne* particula legitur, locos colligere.

Anne particula nusquam ponitur nisi sequente uocali:

I. *ánne.*

Plauti Amph. 173 *Nec aéquom ànne iníquom ìmperét, cògitábìt* | Bacch. 31 *cupídon té confécit ánne amór?* (*te conficit* Seruius, *tecum saeuis* Nonii codices) | 576 *Utrum aúrum réddat ánne eát* || Cas. III 1, 1 *Núnc amíci(ne) ánne inimíci sís imágo, Alcésimé, Míhi sciám.* (sic Acidalius; *anne* BEJ, *an* Guyetus Geppert Holtze [II pag. 273]; de *ne anne* in enuntiatis interrogatiuis cf. Plauti Bacch. 31, Rud. 1069, Terentii Hec. 122, Enn. trag. 232) || Cist. II 1, 42 *Ánne etiám quid cónsultúra sís sciám? § perge éloquí.* (*Anne etiam quid consultura es* [omisso *sciam*] A[s], *Anne ut etiam quid consultura sis sciam* BE[3]J [*si scias* E[1]]; cf. Studemundi Stud. I 253) | Rud. 1069 *Quó modo hábeas, íllud réfert, iúrene ánne iniúriá.* (*iure ne* B, *iure* CD, ceterum cf. Ritschl opusc. II 560 et quae supra pag. 18 adnotaui) | Truc. 666 *Qui nón extémplo intro íeris. § ánne opórtuít?*

---

so wird dadurch der fragende Ausdruck selbst durch die Stimme hervorgehoben, der Ton der Frage also nachdrücklicher." — Similem Hand (Tursellin. uol. I pag. 356) profert sententiam: „*Anne* ponitur pro *an*, cui adhaeret uocula *-ne* interrogatiua siue dubitatiua, non mutata ipsa significatione, sed ubi intendenda uel acuenda uidetur uis interrogationis." — idem infra: „Erant, qui particulae *-ne* uim tribuerent negatiuam, quasi *anne* diceretur pro *annon*. Hermannus in Ephem. Lips. 1819 pag. 976 *anne* existimauit poni, ubi dubitationi admixta esset aliqua probabilitas: quod non constat usu." — Handii uerba ad priscam de qua sola agit latinitatem transtulit Holtze synt. uol. II pag. 283. — Krueger autem (gr. lat. § 516, 4) de *anne* docet haec: „Zur Verstärkung der Frage findet sich auch *-ne* angehängt, *anne*, oder es folgt *uero*". Denique Draeger (hist. synt. I pag. 351) de *anne* affert haec: „Die Verbindung der Enklitika *-ne* mit *an* zu *anne* ändert nichts in der Bedeutung der Frage; sie findet sich in directen und indirecten Sätzen aller Perioden der Sprache und mag hie und da den Ton der Frage etwas dringender gemacht haben."

Terent. Andr. 851 *Cúm tuo gnáto una. § ánne est íntus Pámphilús?* || Eun. 556 *rogitando .... quíd mihi quaéram, sánus sim ánne insániám!* | 733 *Sed Tháïs múlto(n) ánte uénit? § ánne abiít iam a mílité?* (*an* A, *anne* reliqui) || Heaut. 999 *Etiam haúd scio, ánne uxórem dúcat ác Syró nihil grátiaé.* (*an* A, *anne* reliqui) || Hec. 122 *Pudórin ánne amóri obséquerctúr magís.* (*pudorcinane* A, *anne* reliqui et Donatus bis in lemm.).

Enn. trag. 232 *Domúm patérnamne ánne ad Péliae fíliás?*

Prodiit *anne* ex coniectura Plaut. Rud. 1140 *ánne habébit háriolá?* (*in me* BCD).

II. *annȇ*.

Plaut. Pseud. 124 § *Utrum óculum anne aúrem? § at hóc peruólgatúmst nimís.* (cf. Brix in annal. philol. 1870 p. 773; *Utr(uma)nina(ur)em* A[s], *Oculum utrum anne in aurem* BCD; de praua Loewei coniectura *Utrumne in aurem?* cf. pag. 36) || Terent. Phorm. 235 § *Anne hóc dicét mihí!* (*an* A, *anne* reliqui; *dicet* A, *dicent* reliqui).

Anne particula falso in codices BCD irrepsit Truc. 695 *Eu édepol hóminem níhili. § ánne autem út solés?*, ubi *iamne* restituit Acidalius. Neque enim inuenitur in fabulis Plautinis *an* uel *anne* coniunctum cum uocabulo *autem*. Accedit quod uerba *iamne autem ut soles?* tanquam formula usurpantur: Aul. 819, Bacch. 203, Poen. 1410 (cf. pag. 35).

Terent. Andr. 784 Fl. *Auscúlta. § audíui iam ómnia. § ánne haec tu ómniá? § Audíui, inquam, á princípio. § audístin?* (*anne haec tu* B et Fleckeisen et Wagner, *an haec tu* CEP, *an tu haec* G et Umpfenbach, *aha nec dū* D). Enuntiatum interrogatiuum *anne haec tu omnia?*, postquam alter dixit *audiui iam omnia*, sensu recto omnino caret; quod ab hominibus doctis iam Donati aetate intellectum esse demonstrant ipsius Donati uerba, qui praeter *anne* etiam *ah ne* legi significat. Collatis Curc. 323 *Pérnam, (cállum), abdómen, súmen, glándiúm. § ain tu ómnia haéc? Ín carnárió fortásse dícis?* (*aín tu haec ómniá?* Mueller) et Aul. 538 *Nimiúm lubénter édi sérmonóm tuóm. § Ain aúdiuistí? § úsque a*

príncipio ómniá (*ain* Gruterus, *a n* B, *an* DJ) suspicor genuinam fuisse lectionem in codicum Calliopianorum archetypo *aín haec tu ómniá?*, sed euanuisse nescio quo casu litteram *i* ex uocabulo *ain*; atque cum lectio *án haec tu ómniá* metro repugnaret, medelam allatam esse in codice B ita, ut *an* in *anne* mutaretur, in G ita, ut pro *án haec tu* scriberetur *án tu haec*. Illud autem dolendum est, quod in codice Bembino hic uersus periit; nam nescio an potius *ain tu haec omnia* quam *ain haec tu omnia* ab ipso Terentio scriptum sit: cf. *ain tu* apud Plautum supra pag. 28, et apud Terentium Eun. 392, 567, Heaut. 242, 890, 1016, Phorm. 970.

Quoniam demonstraui *anne* formam non inueniri in prisca latinitate nisi sequente uocali, constitui possunt haec:

1. Particula *-ne* interrogatiua cum admodum tenuis ac debilis esset in prisco sermone latino, sequente consona cum *an* ita coniungi non poterat, ut arsin in uersu expleret. Idem igitur de *anne*[1]) statuendum est, quod supra e. g. de *tunc* docuimus. Illud unum interest, quod sequente consona *tun* scribitur abiecta *-c* littera, cum *an* scribatur abiecta tota *-ne* particula et mutata uocabuli prosodia.

2. Quanquam multo rarius exstat *anne* forma quam *an* sequente uocali[2]), tamen nullo modo dubitari potest, quin

---

[1]) *anne* tanquam unum uocabulum, non tanquam ex duobus *an* et *ne* compositum uisum esse primo post Christum natum saeculo grammaticis docet Probus de litteris singularibus § 4, 7 (*Q·I·I·T·C·P·A·F·A· quando in iure te conspicio, postulo anne † far auctor*), ubi *anne* per notam *A·* (non per *A·N·*) exprimitur; cf. Theodorus Bergk „Beiträge zur lateinischen grammatik" I Halis 1870 pag. 29. Nam quod Theodorus Mommsen in Keilii grammat. latin. uol. IV pag. 274 *anne* post postulandi uocabulum a grammaticis non satis defendi posse opinatur, fallitur uir doctissimus: cf. formulam apud Gaium IV 16 traditam: POSTVLO ANNE DICAS QVA EX CAVSA VINDICAVERIS.

[2]) Cf. e. g. Amph. 457 *Án egomet*, 661 *án ille*, 964 *Án id*, Asin. 505 *Án ita*, Bacch. 1162 *Án amas*, Men. 962 *Án illi*, Mil. 346 *Án illic*, 431 *án alиéni*, 448 *Án ista*, Pseud. 872 *eho án etiám*, 1172 *Án etiam*, Stich. 549 et 552 *án ille*, Trin. 307 *Án ita*, 371 *Án eo*, 637 *Án id est*, 934 et

anne praeter *an* in prisca latinitate in usu fuerit, id quod maximi momenti fore puto, ubi diiudicandum erit de formis *non* et *nonne* in enuntiatis interrogatiuis, ad quas iam transeundum est.

Capvt III.
De particula *NONNE.*

Particulam *nonne* inuitis libris manu scriptis ex prisca latinitate ita remouere conatus est Andreas Spengel („Die Partikel *nonne* im Altlateinischen". progr. gymn. Monac. 1867), ut omnibus locis *non* pro *nonne* scribi iuberet. Qui cum recte perspexisset *nonne* apud priscos poetas fere non legi nisi ita, ut sequeretur uocalis, et interrogatiua enuntiata nullo prorsus intercedente discrimine modo a *non* modo a *nonne* incipere: „Wenn die alte Latinität", inquit, „durch *non* geben konnte, was später mit *nonne* erscheint, wird dann nicht die Existenz des *nonne* für jene Zeit überhaupt überflüssig und in seiner inneren Bildung unwahrscheinlich?" e. q. s. Quodsi eae, quae superuacaneae sunt, formae omnes ex prisca latinitate expellendae sunt, sane ne *anne* quidem praeter *an* tolerari potest: attamen utramque harum formarum Plautinam esse demonstraui[1]). Sicut *anne* non legitur nisi sequente uocali, ita ne *nonne* quidem ante consonam suam habet sedem, quia particulam *-ne* uix satis ualuisse ad explendam in uersibus iambicis trochaicisue arsin supra monui. Neque mutatur interrogationis uis, siue *non* usurpatur siue *nonne*[2]). Atque ut ad singula transeamus, *nonne* exstat sequente uocali in uersibus his:

942 *Eho Án etiam*, 954 *Án ille*, Truc. 272 *Án eo.* || Bacch. 199 *Eho an ínuenisti*, 1168 *an ego éxperiór*, Cist. II 3, 22 *an amábo*, Mil. 840 *Eho an úmquam*, Poen. 1136 *Eho an húius*, Stich. 246 *Eho an aúdiuísti.*

[1]) cf. Warren l. l. pag. 26.

[2]) Unum statuendum uidetur discrimen: etenim *non* particula, nusquam *nonne*, propria est earum interrogationum, in quibus is, qui cum

I. *nónne.*

Plauti Amph. 403—407:

Quíd malúm non súm ego séruos Ámphitruónis Sósiá?
Nónne hac nóctu nóstra náuis (húc) ex pórtu Pérsicó
Vénit, quaé me aduéxit? nónne huc mé(d) erús misít meús?
Nónne ego núnc sto ante aédes nóstras? nón mist lá(n)-
terna ín manú?
Nón loquór, non uígilo? nónne hic módo me púgnis cóntudít?

(405 *nonne me huc* libri, *non me(d) huc* Loewe et Goetz, *non me (nunc) huc* Spengel; de *huc me* cf. Amph. 20. 989). Hoc loco optime comprobantur quae supra dicta sunt de *non* et *nonne* formarum discrimine.

Amph. 452 *Nónne eraé meae núntiáre, quód erus méus iussít, licét?* || 539 *nónne ego póssum, fúrcifér, te pérderé?* || 625 *quaéso, nónne intéllegís?* || Curc. 552 *nónne eis crédérém?* (*non ne* BE, *non* J) || Merc. 879 (Ritschl[1]) *nónne ex áduorsó uidés Núbis átrae ut ímber instet?* (*non me* B, *non ne* CD; *instat* libri, *instet* Becker in Studemundi Stud. I 268) || Trin. 1046 *Nónne hoc públice ánimum aduórti?* (*Nonne* ABCD).

Terent. Adelph. 660 *Eho nónne haec iústa tíbi uidétur pósceré?* (*nonne* libri cum A et Donato) || Andr. 238 *nónne opórtuít Praescísse me ánte?* || Eun. 334 *Eho nónne hoc mónstri símilest?* || 736 *Eho nónne id sát erat?* || Hec. 552 *Sí modéste ac ráro haec fécit, nónne ea díssimuláre nós Mágis humánumst* etc.? (*haec fecit* D[1] E[1], *haec facit* D[2] E[2] CFP, *hoc facit* B, *fecit haec* A; *ea* AD[1], om. D[2] BCEFP; fortasse *haec* delendum est, sane *ea* delere non licet) || Phorm. 768 *nónne id sát erat* etc.?

Pacuu. trag. 129 *Nónne offícium fúngar uólgi* etc.? || Acc. trag. 288 *Eho nónne Argíuos frémere béllum et uélle uím uolgúm uidés?* (*Et* codices; *Eho* ego proposui: cf. Terent. Adelph. 660, Eun. 334. 736).

---

indignatione uel admiratione interrogat, ea repetit uerba, quae ab altero antea pronuntiata sunt: cf. e. g. Asin. 480 *Nón eó. § Non ís?* || Poen. 404 *Nón sum iráta. § nón es?* || Stich. 393 (A) *non. § nón adést?* ||

II. *nonne*.

Plauti Amph. 165 in uersu antiquitus, ut plerisque uidetur, interpolato *Nonne idem hoc luci me mittere potuit?* || Pers. 747 *Nonne ántestáris?* || Pseud. 1317 *Nonne aúdes, quaésso, aliquám partém mihi grátiam fácere hinc de árgentó?* (sic Studemund cum A[s] in scholis [cf. Cas. II 6, 20; Most. 1130; Trin. 293], *hic argenti* BCD [de genetiuo cf. Rud. 1414 sq.]) || Trin. 789 *Nonne árbitrare súi aduléscentem ánulí Patérni sígnum nó(ui)sse?* (sic Brix[3], nisi quod *Non* maluit; *Nonne arbitraris eum adulescentem* libri Palatini).

Terent. Eun. 165 *Nonne, úbi mi díxti cúpere te éx Aethíopiá Ancíllulám, ... Quaesíui?* (*Nonne* codices et Donatus ad I 2, 100) || Heaut. 545 *Nonne ád senem áliquam fábricam fíngit?* || 922 *Nonne íd flagítiumst* (*non* D[2] solus)?

Pacuu. trag. 16 *Nonne hínc uos própere (a) stábulis ámolíminí?*

Praeterea *nonne* formam sequente uocali et libri manu scripti exhibent et commendat Warren l. l. pag. 26 in enuntiatis, quae interrogationem non exprimunt, his: Merc. 61 sqq.: *Sese éxtemplo éx ephébis póstquam excésserít, Nonne út ego, (a)móri néque desídiae in ótió Operám dedísse.* (*None* D), ubi dudum *Non* pro *Nonne* correctum est.

Terent. Phorm. 969 *Nonne hércle ex re ístius me instigásti Démiphó.* (*Nonne* A), ubi cum codicibus Calliopianis dudum scriptum est *Non hercle.*

Dubitari potest de Phorm. 978 *Non hóc publícitus scélus hinc ásportáriér In sólas térras!* (*Nonne* BCP, *Non* A et reliqui; cf. Phorm. 232).

Truc. 257 Schoell artificiosius quam probabilius edidit: *Égo sum: réspice ád me! § quíd „ego“? nón inuídeo té tibí* (*quidegononneuideortibi* A, *quid ego nonne ego uideor tibi* BCD). Nescio an tale quid dederit Plautus: *Égo sum: réspice ád me! § quíd „ego“? § nónne „ego“ uídeor? § uaé tibí.*

Venio nunc ad paucos illos uersus, in quibus particulam *nonne* ante consonam falso legi adsentior Spengelio, praesertim cum facilis in promptu sit medela:

1. Plauti Mil. 318 § *Nón tu tíbi istam praétruncári línguam lárgiloquám iubés?* (totum uersum omisit C; *Noui & ibi* B[1], *uel num tute tibi* B[2] in marg., *Nonuu&ibi* D[1], *Non me tibi* D[3], *Nonne tibi* FZ; *Non tu tibi* Bentley et Ritschl).

2. Terent. Andr. 239 legendum est: *Praescísse me ánte? nón priús commúnicátum opórtuít?* (*nonne prius* libri Calliopiani; *nonne* fortasse irrepsit in contextum ex uersus proxime praecedentis clausula: *nonne oportuit*).

3. Andr. 647, ubi interrogationi locus non est, Umpfenbach obsecutus codicibus DG edidit: *Fálsu's.* § *nónne tíbi esse sátis hoc sólidum uísumst gaúdiúm* (*falsus es* libri, *falsus* Donatus; *satis esse hoc uisum solidum est* BCEP). Debebat saltem initium hoc statuere: *Fálsu's.* § *nón tíbi ésse sátis etc.*; ceterum cf. Bentleii lectionem.

4. Andr. 869 *Pietátem gnáti! nónne té miserét meí?* (*nonne* BCEGP et Priscianus, *non* D et editio princeps Donati in Hec. II 1, 25) Spengel probabiliter correxit: *nón te mísere(scí)t meí?* collato Heaut. 1026 *núnc te míserescát meí*; cf. etiam Plauti Trin. 343 *Út ita te áliorúm miseréscat, né tis álios mísereát* et Epid. 526.

Restat ut de quattuor agam uersibus, in quibus cum nulli omnino codices *nonne* praebeant, homines docti falsa coniectura usi hanc formam statuerunt:

1. Cas. IV 4, 25 Geppertum, dum codicem rescriptum A excutit, oculi fefellerunt ita ut scriberet: § *Át mihí, qui bélle hanc trácto, nónne líce(a)t tángeré?* Etenim cum codices BEJ propter labem, quam Palatinorum archetypus contraxerat, post *non* nihil amplius exhibeant, in A neque *ne licet tangere* neque NELICETTACE legitur, sed teste Studemundo *bellum facit* (aut *uallum facit*). Neque quin his uerbis apte concludatur totius uersus sententia dubitari potest. Iambicos autem senarios constituendos esse docuit iam Studemund de canticis Plautinis pag. 24. Versus 24. 25 igitur tales fuerunt auctore Studemundo:

Quid tu érgo hanc, quaéso, tráctas tám durá manú?
At míhi, qui bélle hanc trácto, nón bellúm facít.

2. Stich. 606 non solum in codicibus Palatinis, sed teste Studemundo (Stud. II 287) etiam in Ambrosiano legitur hic septenarius trochaicus (Ritschl male testatus erat in A legi: *Nonne scis quam*)

Nón tu scís quam éfflicténtur hómines nóctu hic ín uiá?

Ad hiatum euitandum Guyetus *ut* substituit pro *quam*, *qua⟨ntu⟩m* Kampmann, *quam⟨de⟩* Koch in annal. philol. 1873 pag. 241. Possis etiam de *quot* pro *quam* restituendo cogitare. Item legitur *Nón tu scís?*: Men. 911, Mil. 1150, Amph. 703, Asin. 177, 215; item *Non tú scis?*: Men. 714 et Merc. 729; item *Non scís?*: Men. 302 et Poen. 173. Cur autem in *efflictentur* uerbo haeserint homines docti, non intellego.

3. Com. fr. inc. inc. fab. 46 non cum Keilio *non⟨ne⟩* scribendum, sed ante *non* aliquid intercidisse suspicor:

⏑⏑ *non tú scis? sí quas aédes ígnis cépit ácritér,*

e. g. ⟨*Eho*⟩, quam interiectionem ante *nonne* collocatam supra (pag. 43) ter enotaui. Legitur hic uersus apud Charisium p. 195, 21 K, ubi plura ante *non* excidisse intellexit Carolus Lange.

4. Com. 53 fr. inc. inc. fab. Ribbeck perperam scripsit:

Domuíque cólumen, nón⟨ne tíbi⟩ sic díceret?

non ⟨*putas*⟩ Spengel, *non⟨ne haec tibi⟩* Keil; possis etiam *nón* ⟨*tibí*⟩ uel similia temptare.

Suffectura esse haec, quae exposui, spero ad intellegendum, quo modo prisci poetae, cum praeter *non* etiam *nonne* forma uterentur in enuntiatis interrogatiuis, non secus atque *anne* praeter *an*, uariauerint linguam latinam, quae illis temporibus nondum certis syntaxeos regulis circumscripta erat. Cur autem *nonne* particula non usurpata sit nisi ante uocales, elucet ex uniuersa quam exposui particulae *-ne* condicione.